

SED CHRISTVS ipse Dei filius, aeterni patris Sapientia, in
 thesauri scientiae, & sapientiae Dei absconditi: & quomodo
 re, nota fecit omnibus. Si finem, quem ipsa pollicetur, in
 la, ac sempiterna felicitas, quam diuina mandata se
 Quid tandem in gentiliū auctorū scriptis euoluendis de fatigantibus
 discendis omne tempus teritis? expectatis aliquid scire cum
 scire asseuerabat, quod nihil sciret? An putatis lucem in
 Anaxagora? An ueritatem ex altissimo puteo extrahere
 Arcefila, & Cui neade aliquid uidere, sentire, ac percipere
 merabilesq; alij omne tempus in ueritate eruenda, sed ab
 Alibi querenda, ex Sacra Theologia, non ex horum scrip
 ergo eiusmodi scriptis posthabitis, adite iam diuina: ar
 rum litterarum saluberrima prata. Quærite tandem uberrimos
 Atque haud secus in his immorandum ducite, ac capidid
 pididissimas aquas, ut immanium hostium insidias & peccat
 non ignoreris.
 DIVINIS cogitationibus mens alitur, ac sustentatur. In
 creatur. Turpe est tam præclara ingenia sublimia in
 tales animos immortalia decent. Facessant quælo possunt
 superq; in his elaborastis. Multum ac diu in obscuris, ac
 lulistis, in quibus nulla est salutis, nulla ueri cognitio.
 tæ temporis superest, detur Theologiæ, hoc est discipul
 huius clarissimis fontibus, cuique laurire licebit, quod
 dum sit. Hæc sola Dei ueri notitiam exhibet. Hæc omnia
 mus sol nebulas dissipat. Hæc ueræ salutis monstrat ter
 mentem ac potius angunt, atque excruciant, sola hæc uer
 animis tranquillitatem elargitur. Auertunt cæcitate
 sola hominum cogitationes ad diuina semper conueni
 in tam præclara contemplatione acquiescit. Huic nihil
 mentem insecere, aut commouere possit. Verum in
 spiratis, cum ea nihil immundum ferre possit. Nihil di
 sibus indutos ad eam accedendum est. Docebit ipsa
 stantiam, mansuetudinem, animi moderationem, castitatem,
 temptionem, reliquasque uirtutes præclarissimas, quas
 mus auctor professus est, dum fuit in terris. Agite ergo
 adero, tam præclarum iter ingrediamini meorum, meo
 spes foueat, id si libenter egeritis, hic bene, dum
 fata in cælo cum beatis mentibus atque ad eum cum
 sunt omnes
 induit à Pa
 aternitas il
 promittit.
 cur in illis e
 in se hoc unū
 ire unā cum
 erito? An cū
 unthi innum
 aberrarunt.
 da. Agite erg
 um per sacra
 tatis fontes,
 apud limpi
 non ignoreris.
 collitur, ac re
 gnare.
 in libri, satis
 operā
 in cunq
 regina, Ex
 quid speran
 ut lucidissi
 a humanam
 optamque
 uentibus, hæc
 uius animus
 quod eius
 orinam ad
 pietatis ue
 patientiam, con
 salutis certissi
 uosque hæc
 uerō post
 etus,

F I N I S.

Imprimatur.

P. Francif. Guidob. Vicar. Gen. Neapol.

Io. Franciscus Lombardus. Vicar.

Paulus Regius, f. 22.

NEAPOLI, Apud Horatium Saluianum. M. D. LXX.

IO. BAPTISTAE RINALDI,

ACADEMICA TERTIA.

IN QVIBVS ORATIONES CONTINENTVR AB
EIVS ACADEMICIS PVBLICE
HABITÆ.

SVB AVSPICIIS IOAN. ANTONII GARACCIOLI
BVCCOLANICI REGVLI MVNIFICENTISS.



NEAPOLI,

Ex Typographia Horatij Saluiani.

M. D. LXX.

IO. BAPTISTAE
RINALDI,
ACADEMICA TERTIA.

IN QVIBVS ORATIONES CONTINENTVR AB
EIVS ACADEMICIS PVBLICE
HABITÆ.

SVB AVSPICIIS IOAN. ANTONII CARACCIOLI
BYCCLANICI REGVLI MVNIFICENTISS.



NEAPOLI.
Ex Typographia Horatij Saluiani.
M. D. LXX X.

D. CAROLI LAINI DOMINI ILLVSTRISSIMI
AC PRINCIPIS ERVDITISSIMI
EPIGRAMMA.



*Priferas quisquis Pactoli ferret arenas,
Et quos fert nitidos India chrysolithos,
Si quis felices Arabum cumularet honores,*

Exciperes vltis letus & ipse sinu.

Nunc Heliconis opes docti fert Musa Rinaldi,

Qui nitet ingenio magnus, & arte simul,

Excipito hæc felix animo, ac persolue merenti,

Quæ debes lector premia digna viro.

IVLII CORTESII AD MVSAS DE RINALDO
VIRO ERVDITISSIMO.



*Urgite Pierides, vestrum est cantare Rinaldi
Inualidns laudes, quas strepit hic calamus.*

Artem dicendi nam uos formastis, & illam

Eximētam quamuis, suscitât e tumulis.

Hic hominum mentes amplecti prouocat artem

Quam tumulauit iners barbara segnities.

Vos quoque cum priscis potuit reuocare sepultas,

Dum Mecenates inuida secla negant.

Quæ vobis Romana dedit, quæ eue Attica virtus

Munera: & vna valet reddere Parthenope.

TARQUINII PECTII,
EPIGRAMMA.



Ontulit in Græcos multum Demosthenis ardor,

Qui fuit ætæq; maximus in oratio.

Nec minus arripuit, dedit quem maxima Roma

Inflexit mentes, perculit ille simul.

At nunc Parthenope clarum, tulit ipsa Rinaldum

Qui Græco, & Latio profuit eloquio.

IOAN.

IO, ANT. CARACCILO
BVCCLANICI REGVLO

ILLVSTRISS. AC HEROI SVMMA PIE-
TATE, ET MAGNANIMITATE
PRÆSTANTISSIMO.

IOAN. BAPT. RINALDVS. S. P. D.



VLTA quidem, & tui generis claritate haud indigna in me profecta sūt primū à patre tuo Heroe liberalissimo, tūm & semper à Te Princeps Illustrissime, quæ me & illi, & Tibi adeo diuinxere, vt nullo vnquam tempore ex tanto beneficentiæ nexu explicare me posse existimem. Aluit me domi antea MARINVS pater nulli heroum priscæ ætatis secundus, idq; tanta liberalitate, tantaq; animi magnitudine, ac benignitate, vt eiusmodi in negotio vix vnum, aut alterum parè liceat inuenire. Is eo tempore tot præstitit comoda, tot ornamenta exhibuit, vt fratris, non clientis loco habere me clarissimè demonstrarit. Nunc verò humanitas tua, quæ paternam virtutem non modò æmulatur, sed longè superat, eodem amoris vinculo obstrictum tenet. Nam qui eum corporis forma verissime refers, in animum Te induxisse video, vt animi mores sectans, cum eodè in publicis rebus administrandis de laude, & gloria contendas. Nec minus quod ille in me sustentando, & ornando perlibenter fecit, idem tua liberalitas multò libentius, vberiusq; prosequitur, quotidieq; das operam, commodaq; suppeditas, vt domi tuæ inceptas lucubrationes sub tuis auspiciis liceat in aspectum, lucemq; proferre. Magnifica hæc sunt, & liberali Principe digna, eoq; magis commendanda, quò vix hodie vnum, aut alterum Principem inuenias, qui ea commoda litteratis viris suppeditet, vt alicui liceat dicere Horatianum illud. Alit me Rex, vehit equus. Quamobrem cum in animo haberem, ob tot tantaq; tua in me beneficia te munere aliquo prosequi, & si non ignoro liberalitatem tuam nullam gratiarum actionem desiderare: satis enim contentus es mea in virtutem tuam obseruantia: putavi tamen specimen aliquod amoris mei esse mihi exhibendum, quo eum apud Te, & apud posteros monumen-

DE IMPERITIA FVGIENDA ET DE MARINI CARACCIO

LI BVCLANICI REGVLI,
IVSTITIA, ET LIBERALITATE
CLARISS. LAVDIBVS,

ORATIO PRIMA,

HABITA EST AB HORATIO BLANCO IOAN,
THOMAE IVRECONSVLTI CLARISS. F.



SI optimus quisq; sciendi cupiditate duciis omnem curam, omnem cogitationem, mentem denique omnem, aut in naturæ arcanis percipiendis, aut in præstantium uirorum dictis, factisq; cognoscendis, aut in uitæ degenga studijs semper fixit, atq; locauit: quo in numero eum haberi fas est Academici nobilissimi, qui nullis doctrinæ illecebris allectus, nulla uirtutis palchritudine captus, optimarum artium studia, æque ac immanem belluam, ac nefariam pestem aueriat? Erit hic ut superbus Leo inter feras detrudendus? At hæc bellua uisa est interdum grati animi formam induere, tum lenitate, ac benignitate in benemeritos uti. An ut hebes erit inter Elephantes recensendus? Sed quæ bestia his circumspectior? quæ docilior? quando naturæ quodam impulsu sciunt astra uenerari, & magistrorum ductu discunt regem salutare? An ut mordax inter insecta? Sed quid apibus dulcius, quid solertius? si hæc hyemis memores dulcem succum ex teneris arborum comis, uel ex suauibus flosculis sibi comparant, nunquã ferè è labore desistentes. An ut pugna inter tauros? Sed hi interdum armentarium sequuntur, continentiam agnoscunt, cum se à grauidis contineant; At forte tanquam leuem, instabilemq; in auium numerum eum quipiam cooptabit? sed neq; inter has imperito uiro locus esse potest, quando hirundines & Alcyones mira arte sibi nidos contexunt: turtur castitate præstat; columba maxima in uirum suum fide effulget; ciconia pietate in parentes, uerecundia anser, grues uigilantia, pelecanus singulari in pullos amore commendantur, quarum rerum nulla apud imperitum extat cognitio. Apponatur, dicet aliquis, ut mutus inter pisces, fugabitur profectò & ab his agmine factò, cum Delphinus amore in homines laudem meruerit, Scarus capto iocio opem ferat, Echini futuram tempestatem prævidentes lapillis se muniant, cum paternam sedulitatem in educandis filijs Clanis ostendat, oua pertinaci custodia asseruans dũ redeat femina, quibus ex artibus imperitus longe adhorret. Adfiscetur fortasse, ut caudex in arborum numerum? Sed quis ignorat Mori prudentiam, Palmæ coniualem amorem, Quereus fortitudinẽ, Cupressi odoris suauitatẽ, Oliuæ frugalitatẽ, quarum rerum nullam in imperito homine licet agnoscere. Tribuatur igitur ei sedes, ut stupido, inter lapides. Sed neq; hic ne parum quidẽ imorari potest. Vsi sunt mar mora, ac cæmenta ædibus, aut ad hominum uoluptatẽ, aut utilitatem struendis: & si ad lapillos excurrere libet, præbent chrysoliti sapientiam, uirtutisq; insignia eos affe-

to aliquo testatum relinquere. Cum igitur orationes aliquas nostra Academia habitas typis excudendas comissem, unaq; cum illis orationem de tui patris laudibus habitam, eas tuo nomini dicare volui, ut non magis huius, quæ in tuo conspectu ab Horatio Blanco equite eruditissimo pronunciata fuit, quàm cæterarum patronus existeres. Exiguum quidem munus est, totq; tuis in me officiis impar, at ex grato prouenit animo, atq; ex eo, qui nunc per fortunæ tenuitate maiora afferre non potest: Hoc qualecunq; est benignè modò accipias, maiora aliquadò accepturus, si Poeticæ siluæ Theatra, aut sanctissimæ crucis symbola prælo subiiciantur, aut alia nostrorum laborum monumenta, in quibus expoliendis sum assiduus. Non vereor quin hæc agelli nostri primitias benignè sis accepturus. Neq; Te id tam facere coget mea in te obseruantia, quàm singularis tua benignitas, ac summa pietas, & religio, quibus uirtutibus in sacris ædibus regendis adeò emines, adeò enitescis, ut nullum genus amplissimæ dignitatis excogitari possit, quod tibi non tuto committi posse videatur. Suscipe hæc nunc benignè, ut soles, à cliente uirtutis & munificentia tuo studio silissimo, atq; alia, & fortasse maiora in dies, Deo adspirante, expectato. Vale,



[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

rentibus Pyropi mordaces excutiunt curas: Smaragdi oculorum aciem adiuvant: Sardonix regio medicatur morbo; Adamas ueneficij aduersatur: Amethystus per spicax ingenium, & ad omnia solertem hominem reddit. O infelicem, & miserum nulla arte, nulla uirtute imbutum hominem (Humanam semper conditionem excipio, qua homo cæteris præstat animantibus). Quando nulla sedes, nullus locus, nullus ordo ei rite potest assignari, quid homine imperito peius esse censetur, si bellæ, si arboris, si lapidis multo melior est interdum qualitas, quam indocti? Quid ergo? quo nomine is appellandus? cum neque sibi, neque cæteris profit, cum ad id, quod adest, quodque præsens est, se accommodare nesciat: cum futura non uideat, præterita non teneat, cum secundis uti ignoret, in aduersis humili animo iaceat: cum uirtutes omnes contemnat: cum rerum, temporum, ac personarum nullum delictum habeat: cum somno, ac uentri deditus, ab eo, quod hominis proprium est, longissime absit: cum Deum non agnoscat, cum fortuna temeritate ducatur, Mea quidem sententia, cum malis omnibus scateat, Lerna malorum, cum bonis omnibus careat, terræ inutile pondus non inepte dicendus uidetur. Vel si liber appelletur hominum portentum, quod nomen diuinus ille Plato ignorantia adscripsit, quam etiam rem hostilem, ac teterrimam appellauit, ut Trismegistus Animæ prauitatem. Quare non immerito Socrates ille sapientissimus nihil peius homini accidere posse asseruit, quam imperitiam, imprimisque celebris est illa Cretensium imprecatio, qui Deos orabant, ut hostes suos rerum omnium imperitos redderent, Mithylenses cum maris imperium tenerent, socijs, qui deliquerant, hanc irrogasse pœnam feruntur, ut liberos litteris, & ingenijs artibus non erudirent omnium suppliciorum grauissimum existimantes imperitiam. Neque desuere fauissimi tyranni, qui Christianis uiris litteras interdixere maximo malo eos afficere sic arbitrantur. Vera enim illa est sapientis sententia. Qui renuit discere, incidet in mala. Et illa. Vbi non est scientia, ibi non est bonum. Sed ex multis arumnis, quibus premitur imperitus, nulla grauior esse potest, quam quod non solum alia, sed etiam Deum ignorat, unde fit, ut infeliciter ignoretur ab eo, cui nota sunt omnia: sic enim inquit Apostolus. Qui ignorat, ignorabitur. Sed audite Deum ipsum per Oseæ os ita minantem. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi, & quia oblitus es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Est hic Deo odibilis. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Quæ, & quam misera est imperitorum conditio, dum in uita permanent? Audite sapientiam. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Quibus malis exposita? Si Leones interficiunt eos, qui ignorant ritum Dei. Quæ in morte? si interierint propter insipientiam: Quæ post mortem? si, qui non intelligunt, in æternum peribunt. Quam ob rem si imperito homine nihil iniustius, nihil peius, nihil miserius esse potest, quam caute hæc animi ægritudo fugienda sit, nemo est, qui non uideat: præterea si is nullo uirtutis lumine illustratus perpetuo iacet in tenebris (cum contrariorum eadem sit disciplina) quid de uero doctrina aliqua exculco sentiendum, an non is tanquam sidus inter noctis tenebras effulget, fulgebique in perpetuas æternitates? Date operam Academici, ut omnis pellatur imperitia, Scylla turpior, Charybdi immanior, Lerneæ bellua efferaior. Omnes pauperes, commiseratione digni, sed imperitici multo maiore. Amplectamini eruditionem, qua qui præditi sunt, soli sunt diuites, soli que possident res ueras, & firmas. Sunt docti tanquam sidera clarissima, cum doctrinæ lumine illustrati omni ex animo dissecta caliginæ non solum agenda ipsi facile cognoscant, sed etiam cæteris rectum iter ostendant. Scitæ præstantia inter alios eminent, ut inter flores Lilia, ut Pyropi inter gemmas, ut inter arbores Pinus, ut Aquilæ inter aues, ut Elephanti inter quadrupedes, ut in

ter. he-

ter homines, Semidei. Proponite uobis ante oculos, quæ mala imperitiam, quæ bona eruditionem consequuntur. Inspicite tanquam in speculum in tot præstantium uirorum hic hodie adstant exempla, qui cum ex imperitiæ tenebris effugerint, & cum in scientiæ fulgore acierentur, maximamque propter hoc laudem sint assecuti, clarissime restantur nihil melius homini posse contingere, quam eruditione aliqua præditum esse, cuius beneficio sibi laudem comparare, cæteris emolumento, Reip. ornamento esse possit. Nemo tamen ad id peragendum magis excitare potest, quam IOANNES ANTONIVS CARACCIOLVS BYCCLANICI Regulus non solum munificentia, & omni uirtutum genere illustris, sed etiam eruditione, & optimarum artium studijs inclytus. qui cum præclaris semper fauere ingenijs, hic hodie adesse, nostræque Academiæ patrocinium suscipere uoluit, ut Rinaldo suo, nobisque omnibus benignissime se fauere indicaret. Is teneros annos non in choræis, non in ludis, non in corporis uoluptatibus, ut adolescentulorum mos est, exegit, sed in litterarum studia ad se abdidit, ad eum in ingenijs artibus acquieuit, ut cætera studia, quæ alij ex animo sequuntur, ut uenandi, equitandi, eo tempore parum attigerit. Quæ in re patentiæ educationi non parum se debere benignissime fatetur. Plurimum enim in principis, atque ad eum cuiusque moribus effingendis liberalis educatio pollet, ad quam si prohi magistri eruditio accesserit, nemini dubium est, quin ille paterno fultus exemplo, & præceptoris hortatu, præceptisque conformatus ad summum uirtutis gradum sit uenturus. Fuit huic MARINVS CARACCIOLVS pater aratis nostræ decus, & ingenij elegantia, & uita probitate, & prudentiæ acumine, & rei militaris peritia, denique omnibus animi, & industriæ dotibus nulli se undus. Tot tantæque de ram clarissimo Principe circumferuntur, ut statuere minime possim, quid cui sit præferendum. Nam si pietatem, ac religionem spectare libet, quis illo Principe fuit magis pius, aut diuini cultus obseruantior? qui nullum unquam intermisit diem, quo sacris rebus non interfuerit, & qui tam benignas, tam attentas sacris concionibus præbebat aures, ut cum præstans aliquis concionator aderat, seriam omnia prætermitteret, ut ex illius oratione aliqua ad diuini cultus præstantiam pertinentia exciperet. Quanta uoluptate, quanta attentione concionantis uerba animo figebat? quanta memoria tenebat? quam facile, quam firmiter ea cæteris referebat? quam pie, quam optime dicta actione comprobabat? non enim tantum auditor uerbi, sed etiam factor erat. Si iustitiam simul & clementiam inquirimus, quis illo iustior? quis clementior dici potest? quanta prudentia in disceptationibus recidendis utebatur? quam caute accusatori alteram, reo alteram Alexandri more præbebat aures, ut eorum rationibus optime perceptis iuste dubia diiudicare posset? quam facilis ad eum patebat aditus? quanta patientia importune, ac intempestiue accedentium immodestiam ferebat? quanta æquitate insunm cuique tribuebat? quot quantisque præmijs bonos prosequeretur? quanta grauitate improborum scelera coerceretur? neque quicquam sine pietate unquam moliebatur: uidebatur enim in manu semper gestare Aegyptiorum illud sceptrum, in cuius fastigio ciconiæ imago, pietatis symbolum eminebat. Nec minus in subditorum animis erudiendis totus erat, atque ac bonus agricola excolendis agris semper irhiat. Ut enim hic ex feracibus campis lolia, auenas, carduos, urticas, saxa, sentes, cæteraque noxia euellit, assiduisque terram insectatur rastris, nunc ruris opaci falce premit umbras, nunc sonitu importunas terreat aues: sic ille ex bonorum ciuium commercio perditos, ac se ditiosos homines arcebat, assiduisque uigilijs subditorum mores accurate conformabat: nunc signum, ac ociosorum ignauiam monendo ad uirtutes excitabat, nunc audaces iuuenes cum alijs non pari iure uiuentes minacibus uerbis, summaque

seue-

seueritate coercebat. Perituria, obtreccionēs, libidines, contumelias, ebrietates, seditiones ceteraque mala admirabili providentia tanquam falce resecebat. Nullam aliam in rem tam animi vires intendebat, ut qui gloriæ, non pecuniæ cupidus erat, quam publicam salutem quaerere, subditorum incolumitatem curare, ac tueri, honesta disciplina iuvenes imbuerē, optima instituta conservare, ciues suos legibus, iustitia, ac concordia firma stabilire, diuinis legibus obsequentes reddere, sed in primis in diuino cultu continere. Si illius Principis Fortitudinem, ac animi magnitudinem exquirimus, ex eius factis facile cum summis & præcæ, & superioris, & nostræ ætatis uiris conferendum inueniemus. Neque enim domi maiori prudentia, ac iustitia claruit, quam foris bellicis in rebus summa uirtute, ac sapientia. Habebat fortium uirorum gesta semper in ore. Neque aliud in hac uita magis expetendum esse putabat, quam laudem, & gloriam, turpe existimans ita uiuere, ut nihil post mortem memoria dignum relinquere. Achillis gesta non tã Alexandrum Macedonem ad tantam sibi gloriam comparandam excitasse ferunt, non tam Alexandri uictoriæ Cæsarem, neq; tam Miltiadis trophæa Themistocletem accēderunt, quam Ferdinandi Consalini præclarissima gesta MARINVM sollicitabant, atque adeo inflammabant, illius enim Magni ducis fortia facta, prudentiam, laborem, uirtutem, grauitatem, & in gerendis bellis summam sapientiam præcipue admirabatur. His artibus imbutus, his armis instructus magnus ille Princeps ad Senense bellum Equitum præfectus a CAROLO V. missus est, quod quanta prudentia administrarit, quanta uirtute sustinuerit, quanto consilio perfecit, quantum sibi ex ea re laudem compararit, nemo est qui nesciat. Qualem uerò in Hostiensis, & Truentino bello se gesserit, cum Gallorum maximæ copiarum nostro regno caedes, incendia, agrorum destructiones minabantur, ea res testatur, quod eius præcipue consilio, ferocissimi hostes profligati, pessimeq; accepti ad suos se recipere coacti sunt. Id uerò clarissime testatur honestissimi censis à Rege ei ob plurimos susceptos labores, benigne exhibitum. Nihil refert opus est, quanta integritate Brutij PHILIPPI Regis mandato præfuerit, quam sanctæ, quam pie eorum, qui de catholica fide prius sentiebant, scelera nō longius serperent, non solum represserit, sed funditus extirparit. Taceo, quot labores in ea prouincia administranda diu sustinuerit, quot pericula adierit, quot sumptus fecerit, ut nefarios homines, qui publicas uias obsidebant, de medio tolleret. Si uerò illius uiri beneficentiam exquirere libet, dici non potest, quam benigne, quam largè pauperum egestati opem tulerit, & præsertim in quadam annonæ caritate, cum omnium horrea miseris omni spe destitutis hominibus erāt clausa, Grassabatur fames & quidem post hominum memoriam atrocissima; Laguebant oppida, pagi, uillæ, nec ex ullo loco auxilium asserabatur, nō ulla calamitatis medicina. Cū nulla spes salutis esset, aperuit ipsi Thesauros suos, & tanquã alter Ioseph corpora pauperum animasq; curabat, gratuita beneficentiã exercebat, consuebant undiq; pauperes, patebant noctu diuq; omnibus eius horrea, postea resecti, plurimiq; bonis referti atq; ionusti ad suos lares hilares, Deoq; gratias agentes redibant. Id ipse semper spectabat, ut clementia elemosinam sibi conciliaret, & pro reueris caelestia lucraretur. Vulgarum est omnium uoce clarissima post ingentem frugum copiam non semel illis liberalissime suppeditatam, ac distributam, etiam nummos omnes, quos domi suæ sustentandæ familiæ gratia habebat, benigne, & non sine admirabili accipientium applausu erogasse, denique suorum commodorum oblitum (tantus erat in eo ardor Christianæ pietatis) in eas egestatis angustias esse progressum, ut ab alijs suæ familiæ sustentandæ gratia, mutuo pecuniam accipere coactus fuerit. O inauditam, o admirabilem beneficentiam, o charitatem celo dignam. Arbitror Academici iam uos legisse, quæ de Cimone libera-

libera-

liberalitate in suos tribules apud Athenienses circumferuntur. Nota est eius mensa multis instructa epulis, quæ tot ciues quotidie alebat: noti agri, ex quibus septa ab erant, ut egentibus facile paterent, notæ uestes, quibus male indutos uestiebat; notæ pecuniæ, quas per urbem inambulans benigne elargiebatur. Credite Academici fuisse Marinum eiusmodi in rebus Cimone longe munificentiorē. Patebant omnibus eius aedes noctu diuq;. Erat mensa non solum subditis suis, sed ceteris qui uel eius uisendi, uel salutandi, uel aliquid cum eo agendi gratia illuc accesserant, omnibus horis opipare, lauteq; instructa, agri, uineæ, horti, horrea, cella uinaria, penuaria benigne omnibus patebant, nihil in eius aedibus clausum erat. Tanta eius uiri hospitalitas erat, ut nemō hospites hilarius, nemō magnificentius unquam suscepisse crediderim. Non legistis Academici Alexandrum Macedonem in Asiam profecturum non ante nauem ascendisse, quam rebus amicorum egregie pensitatis, ut cuiq; commodius usum fuit, multa multis elargitus fuisse. At quàm Alexandro munificentior Marinus, qui quoties aliud profecturus erat, uel ad prouincias administrandas, uel ad bella gerenda, alijs uillas, alijs prædia, alijs portoria, alijs annuos e domo sua prouentus toties munificentissime largiebatur. Præferunt id bene uolenti sui præter ceteros, quibus tam bene eruditus, & tam apte ad aulica officia obeunda instructus utebatur, ut nullum Principem melioribus, nec aptioribus unquam esse credam. Clarum quoq; omnibus esse puto AELIUM ADRIANUM, cum militem quandam sibi antea in militaribus studijs notum scabie laborantē in uia animaduertisset, corpusq; parieti atterentem, quod seruum, à quo curaretur, nullum haberet, subito & seruos illum, & uictui necessaria exhibuisse. At Marinus quantum ADRIANO benignior, qui in militia pro suo rege uersans omnem suam pecuniam militibus tam largè erogauit, ut & ipse egere coactus fuerit. Scio uos non latere AGE SILAUM quædam ex Aginis bonis ad se delatis, cum intelligeret cognatos suos inopia oppressos, cuncta cum illis esse partitum, & si iure sibi soli debebantur. Sed quantum Marinus est Agesilao præstantior, qui etiam sua cum propinquis aliqua egestate oppressis semper habuit communia? In cælum tollitur Alexandri Seneri nomen, quod non solum litteratos omnes, sed etiam architectos, & quicumque ingenio in aliqua arte præstarent, & benigne accepit, & magnis stipendijs est profectus. At neque huic MARINVS ulla in re fuit unquam inferior. Eius enim mensa quotidie litteratos uiros alebat, quibus adeo fauebat, ut nihil gratius ei contingere posse arbitraretur, quam cum Musarum alumni iucundos conferre sermones. Eos uerò quot quotq; muneribus prosequi solebat, testis est Rinaldus ipse, quem ut sibi filium erudiret magna mercede conductum accersuit, & tanta, quantam neq; ditissimus Princeps huius rei gratia solet optimo cuiq; elargiri. Scio uos sæpe audisse Rinaldum ipsum gloriantem in tanti Principis aula sex annos & amplius uitam egisse tam commode, tam honestè, ut nemo alibi quoque commodius, neque honestius exigerit, ab eoque Principe tot muneribus, tot honoribus fuisse affectum, ut tot beneficiorum memoriam nulla obliuio unquam sit deletura. Non legistis quoque Academici illud Titi clarissimum dictum, cum in cubiculum uesper se reciperet nullo in aliquem eo die beneficio collato. Diem hunc perdidimus amici. Sed id MARINO dicere non licebat: nullus enim præteribat dies, quin munificum aliquid, ac gratiosum, uel in ciuem, uel in peregrinum, uel in propinquum, uel in externum non contulisset, adeo totus erat in bene de alijs merendo. O uirum liberalissimum, o Principem munificentissimum maiori, ac meliori fortuna dignissimum, cui si forte benefaciendi præripiebatur occasio, quo animo eum fuisse creditis? tanta sollicitudine excruciabatur, tanto dolore angebatur, ut nulla uoluptas iucunda, nulla quies opportuna, nulla esca suauis esse posset, somnum oculis non uidebat, om-

nis ex

nis ex uultu effugiebat hilaritas, cura, sollicitudo, angor, aegritudo tanquam sidiffimi satellites undique eius obsidebant mentem. Et quid rei tantam Principem ad mortem compulisse creditis? dicam Academici, Legebat Turcica classis Adriani littoris oras, incedebar urbes, uastabat agros, deripiebat Samnitum bona, abigebat saeuissime homines aequae pecudes, quo tempore is iacebat in lecto ex grauissimo laterum dolore, nulla aderat quies, nullum leuamen, nequibant medici remedium aliquod tam graui morbo inuenire, cum primum ad eius aures tam malus accessit nuntius, accreuit dolor, magisque cura, sollicitudo, angustiaque; increbuerunt, eoque magis angebatur, quod cum morbo turpiter luctari cogebatur, quando cum immaturo hostibus honeste, magnaque cum gloria pro communi omnium salute confingere poterat, clamabat, iugebat, efferabatur, unaque cum animi sollicitudine corporis agebatur dolor, generosum leonem arctissimis uinculis obstrictum, rugientem audire uidebantur, quicumque aderant. Haec cura, hic angor eum uere afflixit, atque ad eum mortem addidit. Feriebant generosi, ac pij uiri aures armorum strepitus, raptorum hominum clamor, diuellebant crudeles harpyiae dulces liberos ex parentum gremijs, at tanto magis magnanimi Principis cor dicerpebatur, quod miseris samnitibus operam ferendi omnis facultas praerepta esset. Quid plura? incredibili dolore oppressum immatura mors rapuit, cum uix annum ageret XLIII. Dolor potius quam mors eum nobis eripuit in maximo omnium dolore. Proh dolor, heu pieras. Quid hominum scelera possunt? arbitror tantum mali, diuina uoluntate ita permittente miseris Samnitibus contigisse, ut quo tempore de hominum sceleribus diuina iura graue supplicium sumere constituerat, tantus Princeps, & tam grauius in lecto iaceret, qui solus tot incommodis operam aliquam afferre poterat. Sed haec diuino consilio permittenda sunt. Nostrum uero est tanti Principis importunam mortem in maxima suorum iactura deplorare. eam non solum suis, sed etiam exteris, non solum amicis, sed etiam hostibus grauem fuisse iam constat, ea enim uirtutis uis est, ut etiam inimicis in eius amore alliciat, in quo residere uidentur. Id tamen nos consolari debet primum eius causa, quod tot, tantisque uirtutibus imbutus, tot tantisque benefactis instructus, hilaris inter beatas mentes aeterno sempiterno fruatur: tum nostra, cum nobis talem. & tam praecelaram reliquerit prolem tanto Principe dignam patris uultum, mores, gesta, uirtutes optime referentem. Est in nato non solum patris uirtus, sed etiam aspectus. His de causis aliqua de MARINO patre uobis referenda esse putati, ut ea omnia in IOAN. ANTONIO filio clarius effulgere cognoscatis. Intue mini oris figuram: nam uenustate, & formae elegantia multo paternam superat, ac uero quam bene cum hac corporis dignitate animi dotes consentiant, fortitudo, magnanimitas, orationis suauitas, modestia, lenitas, liberalitas, caeteraque uirtutes innumerabiles, cum haec omnia sint in promptu, nulla explicatione est opus. At uero ex istis muneribus, quae in eo resident, si naturae dona inspicere libet, ea tot, tantaque esse comperiemus, ut omnes pene inuideant, quae uero artis & industriae, ea in eiusmodi statum, atque culmen ascendisse, eoque ab ipso esse prouecta, ut omnes suspiciant, & admirentur. Propterea ex hoc in primis laudandus uidentur, quod corporis habitudinem a natura acceptam exercitatione plurimum confirmant: nam equitando, luctando, in belli simulacris tantum roboris sibi comparauit, tantam membrorum dexteritatem, amplitudinemque, ut in eiusmodi studiis nemo melius, nemo uenustius se gerat. Virtutis cuiusque regulas quam bene nouit? Nam plerumque contingere solet, ut aliorum comitas in humilitatem migret, liberalitas in profusionem, fortitudo in temeritatem, in fastum grauitas, in inertiam mansuetudo, in rusticitatem temperantia: ad eum uirtutibus uitia annexa sunt, ut in IOAN. ANTONIO nihil mixtum, nihil impurum, sunt in eo omnia simplicia, omnia pura: comitatem enim, leuita-

lenitatem, temperantiam, liberalitatem caeteraque uirtutes tanto ingenio, tantaque prudentia exercet, ut cum illis ne parua quidem maculae commune aliquid habere possint. Neque solum paternos mores, ac uirtutes imitari hic semper uoluit, sed & caetera studia, eaque etiam superare. Ille enim tanquam alter Cyrus uineam, quam a patre acceperat, suis manibus plerumque ornabat, modo arbores in quincuncem diuidendo, modo hortos mira arte in areas distribuendo, nunc latissimis spatijs decorando, nunc parietes uarijs arbutculis uestiendo. Hic uero paterna uilla non solum amplissima uisaria, nemora, fontemque pulcherrimos addidit, sed etiam aliam sua manu digessit, quae paterna omnium opinione tum plantarum ubertate, tum omni fructuum copia, tum caeterarum rerum, quae hortos exornant parietate, longe antecellit. Erat pater, ut architecturae studiosus in magnificis, tectis exstruendis assiduus: hic uero aedificiorum magnificentia illius impensas clarissime superat. Neque tam Augustus in Romana Urbe illustrantia, quam ex lateritia marmoream se relicurum esse gloriaari solebat, fuit occupatus, quam hic in oppidorum, & uillarum suarum uis sternendis laxandisque, in aedibus sacris uetustate collapsis (quae res singularem eius pietatem ac diuini cultus reuerentiam indicat) rescindiendis, amplissimisque donis exornandis honestissime occupatur. Sed praeter caetera, in quibus pater nam gloriam superauit, ut hoc maxime eius laus effulget, nam in litterarum studijs liberissime acquiescit, neque solum in excellentium auctorum lectione assiduus est, sed ex illis aliqua memorata digna excerpt, & Alexandri Seueri exemplo Philolophorum sententias, & illustrum uirorum sapienter dicta, uel poetarum uenusta carmina magna inuicunditate, ac doctrina referta gemmas suas, uniones, ac margaritas esse arbitratur. Quas ad res tantam adhibet diligentiam, ut de Herculis laboribus praecelaram uoluntate aggressus sit. Generosus enim uir nihil experiri poterat, nisi ardua incepta. Nam in arduis audacia iuuenum enitescit, ut de Iasone, de Bellerophonte, de Perseo, de Theseo, de Hercule accepimus, quibus & sitauri spirantes naribus ignes, flammisque instructa Chimera, aut Gorgones, Harpyiaeque & tricornis forma Gerionis, caeteraque immania monstra debellanda essent proposita, quae caeteris non solum difficilia, sed nullo pacto uinci posse uidebantur: tantus tamen in eorum pectoribus gloriae ardor efferelescebat, ut eis nihil difficile, nihil arduum uideri potuerit. Haec omnia, multaque alia tuis in laudibus ponenda sunt Princeps clarissime. Illud uero non mediocri ornamento esse censent, quod IOAN. BAPTISTINUS domi summa humanitate complectaris; quodque omnia ad uictum necessaria benignissime suppedites ut is ingenij sui monumenta apud te incepta ibidem perficere ualeat. Est hoc liberatris tuae argumentum clarissimum. Neque minori id tibi datur honori, quam FERDINANDO CARAFAE Soriani Domino, ac Principi munificentissimo, qui Bernardinum Tilesum, compluresque alios Philosophiae proceres assidue domi alit, ac liberalissime accipit. In eodem sunt numero PHILIPPVS CARACCIOLVS Vici Dominus ac adolescens eruditissimus, qui Ioan. Pauli Vernaleonis contubernio quotidie fruatur. Tum HIERONYMVS Montenegro Mariliani D. ob singularem animi probitatem ac praestantiam summis honoribus dignissimus, qui D. Petrum Lupicum Virum doctissimi, praeter caeteros & colit & ueneratur. Nec minus FERDINANDVS Caracciolus Vicari Dominus qui Siluestro Castrucio omni liberali doctrina exulto in primis faueat. Tum D. MARCELLVS RUFFVS. D. PAVLVS Sinopolis Domini F. urbis nostrae uir lectissimus, qui maximo semper & amore & honore profectus est Camillum Carneualium omnium disciplinarum & Theologiae praesertim notitia praestantem. Sed cur praetermittam duos urbis nostrae Maecenates amplissimos Heroes nunquam satis laudatos FERDINAND-

DINANDVM Carasam Sanctolucidentium D. omni liberali doctrina politissimum, qui non unum aut alterum, sed litterarum uirorum greges domialere solet. Tum FERDINANDVM LOFFREDVM Treuici dominum, quo nemo unquam maiore studio ac liberalitate fauit ingenijs. Illius Principis aula, mœsa, exardæ, cubilia, porticus nihil nisi litteras, & litteratos uiros redolebāt. Cuius doctrina & moribus imbutus CICCVS filius dici non potest quanta liberalitate uiros doctos profequatur, quos non solum cognitione dignos existimat, sed eorum colloquijs & consuetudine præcipue delectatur. Quos omnes, compluresque alios urbis nostræ proceres non solum litterarum cultoribus in primis fauere: sed in optimis disciplinis ediscendis, & in Philosophorum arcanis euoluendis assiduos esse iam constat. Valeat ergo qui patricios urbis nostræ assiduis calumnijs insectari nõ desistunt: quod ocio dediti, quod segnes, quod inertes ab optimarum artiũ studijs abhorreant. Hos susurrone, ac maleuolos toto cælo errare doctissimi Academici iam uidetis, cū tot nobilissimi uiri ex omni familia in omni litterarũ genere, & præsertim in Mathematicis, & in Philosophia magna cum laude uersentur, interque eos IOAN. ANT. tanquam fulgentissimum sidus summa eruditione clarissime emicet, qui nostris studijs hodie adesse uoluit, non solum ut fautor, ut Mæcenas benignissimus, sed ut censor & nostrorum dictorum Aristarchus oculatissimus. Quam ob rem assurgite primum Academici tam munifico, tam præstanti, tam erudito Principi, celebrate huius diei memoriam, cum tanto honore nostra Academia à tam benigno Mæcenate affecta fuerit. Rogate Deum Optimum Maximum, ut non solum omnia eius fortunet uota, ac gesta, sed etiam uobis potestatem faciat, uiresque augeat ut non modò eius nomen celebrare, sed etiam studia, factaque imitari, & omni fugata imperitia, ad scientiæ culmen peruenire ualeatis. Quòd uerò ad tuam pietatem pertinet, Princeps Illustrissime complectere ea, qua polles, benignitate Academicos tuos: sunt Alumni Rinaldi tui, Rinaldi inquam clientis tui, qui te, uirtutesque tuas ante omnes colit, obseruat, & ueneratur, & qui de patris, & tuis in eum collatis beneficijs semper meminit, complectere inquam Academicos tuos, ut ceteri uiri nobilissimi hic astantes tuis innixi uestigijs nostris quoque inceptis faueant, ut eadem te, nos uirtutis tuæ studiosissimo: hilari libentique animo & fouere, & amplecti clarissime omnes intelligant.



PRO

PRO LEGIBVS
ET DE THOMÆ SALERNITANI A SUPREMIS
PHILIPPI REGIS CONSILIIS VIRI
AMPLISSIMI LAUDIBVS.

ORATIO II.

HABITA EST AB OCTAVIO SAMMARCO
FABRICII VIRI CLARISS. F.



MAXIME uereor, ne in audaciæ aut imprudentiæ nomen incurram A.N. quòd tam graue onus meis humeris impar hodierno die mihi assumpserim, quale hoc esse iam sentio de legum laudibus dicere, & in cœni hominum iuris legumque peritissimorum, & coram THOMA SALERNITANO amplissima dignitate ornato, & summa dicendi facultate insigni. Primum me à dicendo deterret audaciæ crimen. Nam cū permulti, & docti, & singulari eloquentia præditi oratores admirabili rerum copia, & non mediocri sententiarum grauitate legum encomia sint profecuti, ipse nulla fatus doctrina, nulla dicendi facultate præditus de eadem re uerba facere audeam. Tum me imprudentiæ metus exagitat cū earum rerum laudes studeam recensere, quas ne eloquentissimus quisquam oratione sua complecti possit. Itaque doctissimorum uirorum, qui de legibus & grauiter & ornate dixere, me magnopere monet auctoritas; uerendique ansam præbet, ne, qui hæc audiunt me audacem clamitent, cum inceptum hoc, quod uix sanis laboribus de Litteraria rep. optime meriti triarij sunt assecuti, ipse imperitissimus tiro magno meo periculo aggrediar: tum ne ut imprudentem accusent, quòd leges rem scilicet præclarissimam laudibus extollere contendam, quas ne iniustus quidem soleat improbare. Propterea quæ me res, quæ spes, ad eiusmodi prouinciam suscipiendam excitarit, non ab re me facturum arbitror, si id primũ paucis explicauero. Vidi plerosque ex nostra Academia adulescentes honestimos uarijs de rebus perpolitas habuisse orationes, ex earum re haud exiguam sibi laudem comparasse. Hæc illorum gloria me quoque adhortata est, atque adeo stimulos addidit, ut tot, tantisque laudibus, quibus eos affici sentio, ante oculos mihi propositis, aliqua ipse quoque in commune afferrẽ mei scilicet laboris, & industriæ primitias, ne tanto conturbenio indignus existimarer. Cumque omnia ratione perlustrassem, illud denique occurrit, me non indigne esse facturum, si in talium uirorum conspectu, quorum opera plurimum nitet in administranda Rep. ijs de rebus haberẽ orationẽ, quibus urbes, regna, imperia, reguntur, augentur atque seruantur. Peto igitur à uobis Academici nobilissimi, per uos liceat, ut coram hominibus iuris legumque peritissimis, & THOMA S. præsertim Iurisconsultorum eruditissimo de legum ortu, dignitate, ac commodis aliqua dicere, non sitis enim ut loci, & temporis: sic & personarum delectum esse habendum. Quod si (ut spero & rogo) mihi cõcedendũ esse statueris, existimabo non solũ audacię uel imprudentiæ labẽ effugisse, sed etiã maximũ ab omnibus beneficiũ accepisse. Equidẽ cũ tẽpli huius, quẽ Mundũ ab ornatu ueteres dixere, formã motũ, speciẽ, immensos cœlorũ orbes, orbiumque diuinas mentes rectices me cũ ipse contẽplor: tum elementa, eorumque consentientẽ cõcentũ, adhuc tẽporũ mutationes, maturitates, ac uicissitudines: cumque ea æterna quadã lege tanquã aurea Homeri cathena uideã inter se muto conuineri, magnã rẽ, & præclarã legẽ esse cogor existimare. Nã quis est, qui summũ illũ cœli complexum, mundi supremam partem à domicilijs nostris altissimã omnia cin-

E E gentem

gēntem, & coērcēntem annuos certosq; cursus seruāntem aspiciēs, neq; unquam ab incēpto ordine aberrāntem, & quasi forma sui captum in se ipsam semper recurren-
tē non p̄clarum quiddam legem esse censebit, cuius uirtute is a tam perenni, a tam
concinno motu nunquam desciscit? Quis innumerabilia suspiciens sidera caelo inha-
rentia, certis infixis sedibus, tum septem illa, quas errantes uocant stellas, suos tenē-
tia cursus, multumque inter se aut altitudine, aut humilitate distantia, quorum uagi
motus rata tamen, & certa suorum cursuum spatia definiunt, ut incitentur modō,
nunc retardentur, saepe etiam insistant, delitescant modō, nunc rursus aperiantur,
nunc abeant, nunc accedant, interdum antecedant, nunc subsequantur, quo spe-
ctaculo nihil potest pulchrius esse, nihil admirabilius. Quis haec, inquam, suspiciens
non maximam rem legem esse clamabit, cuius beneficio tam diuersae formae signi-
feri orbis amplitudinem lustrantes, & tam certo ordine mutuo inter se coercentur?
Quis admirabilem solis motum astrorum principis ac moderatoris intuens, ut terras
is modō larga luce cōpleat, modō noctis umbra opacet, utq; ad nos accedens, uel a
nobis digrediens calor, frigusq; modum temperet, quatuorq; anni tempora di-
uidat, ex quorum mutationibus quae terra, mariq; gignuntur, inuita, causaque du-
cantur. Quis Lunam solis cursus annuos mensuris spatijs consequentem, nunc tenuis-
simo lumine ad solem accedendo, tinctam, nunc plenissimo ab eo digressam noctis
atram caliginem pellentem, crescentem modō, nunc lumine destitutam, nunc
ex defectibus ad initia recurrentem, ex eaq; multa manare ad animantium uitam su-
stentandam pertinencia, idq; immutabili serie efficere uidens, non optimam quid-
dam legem esse fatebitur, cuius imperio tam p̄clara sidera dierum, noctium, ac
temporum tam concinnam contextant telam? Quis elementa corporum uitalia pu-
gnantibus p̄dita formis conspiciens, atque ex his alia pondere deorsum, alia leui-
tate in sublimē ferri, ut ex his omnia consistant, orta augeantur, auicta fenescant, te-
nescentia tendant ad interitum, extincta iterum emergant in luminis auras utque
Terra infatiabili florum, herbarum, frugum, fructuumq; ubertate referta semper ali-
quid ex se, tanquam ex uberrimo p̄cenu depomat, ut eam semper appetat mare, ut
aer humorem colligens terram imbribus augeat, ut ether suo calore omnia foueat
& complectatur, non p̄stantissimum quoddam munus legem esse asseuerabit, quae
tam disparēs naturas, tam concordibus uinculis arctissime connectat. Quis tot tan-
tasq; res in hoc orbe existentes neq; animatas solum, sed etiā animā carentes tā dispa-
ribus naturis p̄ditas, totq; urbes innumerabilibus institutis & moribus consistētes,
totq; artes suis legibus distinctas, mutuo tamen inter se uinculo consistere uidens, nō
diuinū quiddam legē esse confirmabit, quae tam disparia, tam dissidentia naturae ope-
ra mutuo quodā amore deuinxit? Haec illa Themis est Academici de cuius maiestate
per multa doctissimi postea posteris scripta reliquerunt. Nam quid arbitramini Hesi-
odum indicare uoluisse, cum Themis facit Caeli, Tellurisq; filia, Iouis uero coniugē?
nisi hanc aeterna esse illā legem, quam instar perpetui edicti Deus mundo, & rerum
naturae praescripsit, & simul cū rationis lumine animis hominum inseruit, tanquā re-
ctissimā boni, & mali, ueri, falsiq; normā. Eandem quoq; cū Orpheus oraculis pra-
positā esse dicat, quid hoc innuere censebimus? nisi diuinam legē ab ipso patre lumi-
nū manantē uniuersi naturae praescriptā oraculo rū, ac diuinationum fontem in se cō-
tinere, diuinisq; nominis clarum complecti scientiam, plenamq; interpretationem?
Homerus quoq; cū Themis ambrosiā & nectar immortalibus manibus Apollini pro-
pinantē facit, nemini dubiū est, quin significare uoluerit, legis diuinā uirtute men-
tem illustrari, ex eaq; ueritatis ambrosiam, & gaudij nectar ministrari. Nec minus
& Philosophorum princeps Plato splendidissimū lumen ex Tripode Delphico per The-
midis sinū in Parnasum transfundi asseruit, credo ut indicaret per diuinam legē in
Musarum domicilium ueram diuinarum, humanarumq; rerum notitiam influere.

Atque

Atq; hoc illud est, quod communi omnium consensu prisci homines diuino quodam
spiritu afflari legis huius, qua humanum genus regitur originem ad Deum aliquem
referendam esse existimant, primosq; legum latores Minocem, Lycurgum, atq; Solo-
nem a Ioue, ab Apolline, & a Minerva leges accepisse. Quod quae de ratione effinxe-
rint, audite, queso. Tria sunt, quae totam legis naturam complectantur, quorum sub-
sidijs destituta suo nequit officio fangi. Potestas, clementia, & sapientia, ex quibus pri-
ma Apollini (est enim sol rerum dominus) assignatur, altera Ioui, cui aequitatem, &
clementiam tradunt, cum prosper sit & salutaris huius planeta fulgor, tertiam sibi uen-
dicat Pallas sapientiae princeps. His armis lex septa, atq; munita, quod praecipuum
eius munus est, assequitur. Nam cum rationalis quaedam ipsa sit regula ad id, quod bo-
num est, homines ducens, ut recte sanciat, sapientia opus est, ut seruetur potentia,
ut commode ad finem perducatur, clementia. Praeterea cum plurimarum rerum usu
nomothetam praeditum esse oporteat, adhuc castitate, atq; integritate insignem, tum
multarum disciplinarum notitia, Ea de causa Saturnum Carthaginenses, Aegeriā
Romanos, Mercurium Aegyptios legum conditores fecisse arbitror. Illud igitur sta-
tutum sit legem hanc, qua instituire homines, diuinā legis referre imaginem: prop-
tereaq; illi additam fuisse, ut improbis uiris omnis peccandi praeriperetur occasio,
per multi enim cum hebetes existant, iusta non intelligunt, complures ob impro-
bitatem dissimulant. His de causis leges scribi opus fuisse censeant, quibus cuique suum
praescriberetur officium. Satis per se fuisset ius illud, quod naturam hominum in
genere in-
stitutum est, si naturam ducem sequeretur omnes, sed cum contra fiat a plerisque, ad natu-
rale ius sapientum leges accessere, quae tanquam naturae praecones homini quid faci-
endum, quid uē fugiendum sit, clarissime denuntiant. Omnes leges ad salutem ciuium, ui-
tamq; hominum & bene, & quiete agendam institutas fuisse constat. Complures lo-
gum latores apud uarios populos extitisse cōperimus, interq; eos praecipuum sibi lo-
cum uēdicasse Lacedaemones, & Athenienses, ex quibus constat & Romanos iura ac-
cepisse, cuius rei testes sunt xii Tabulae, in quibus conscribendis uirorum uiguit in-
dustria. Non ignoro Platonem Cretensium leges ceteris preposuisse, Carthaginen-
sim Ifocratem, Romanorum Polybium: omnes tamen id unū conatos fuisse scimus,
huncq; finem spectasse, ut naturam imitarentur, ciuitatumq; tranquillitatem consti-
tuerent; pacem, atq; concordiam confirmarent. Necessarias uero has quoq; fuisse ex
ea re censeandum est, primum quod his ex hominum caetu sublatis inter homines, & bel-
luas nullū discrimen intercederet; Quae enim bellua esset homine ferocior? quae imma-
nior nisi leges adesset? Tū quia homo, cū natura id tantū spectet, quod sibi ex usu esse
cognoscit, heret cōmunis utilitatis penitus imemor. At leges primū ciuiū prauas ac-
cesseras coercent libidines, tū publica cōmoda spectanda praecipiūt, neq; aliud magis
esse expetendū, nisi ciuiū salutē, atq; cōcordiam. Ut enim nullū malū ciuitati pernicio-
sius esse potest, quā illud, quod eā diuidit & quod ex una plures facit: ita nihil salubri-
us inueniri, quā quod ipsam deuincit, unamq; reddat. Optimū uero ciuitatis uinculū
lex est, quae omnes eadem sequi eademq; fugere imperat. Quamobrem nō temere
Demosthenes asseruit legem esse ciuitatis animam. Nam ut anima presēte corporei
uigent artus, simulq; consistant; absente uero dissoluantur; sic legis uirtute uigente
ciues mutuo uinculo detinēri necesse est, eadem uero neglecta dissolui ac eorum
tranquillitatem permisceri. Recte quoq; Diogenes inter quatuor causas, quibus res
omnes effeētus sortiantur suos, legem censuit adnumerandam. Nam ut natura nasci
feriq; dicantur ea, quae ui quadam interiori per se ipsa mouentur, ut ars, quae homi-
num industria efficiantur, ipsa mater, & auctor existit, ut fortuna eorum, quae nul-
la ratione contingere uidentur, domina habetur: ita lex praesēs & moderatrix earum
rerum existimanda est, quae ad hominum mores, & ad ciuilem concordiam perti-

nent. Per multa scimus homines ob ciuitatum excogitasse custodiã, uallos, moenia, fossas, bellica tormenta, armorumq; uaria genera. Vnum tamen præcipuum uideo fuisse munimentum, ac præsidium, legem scilicet, qua ciuitas sepra, dici non potest, quanto polleat robore, quantoq; tranquillitatis otio perficitur. Quare prudenter centuisse uidetur Polybius, qui asseruit ex duobus florētissimis ciuitatibus, magnis opibus fultis Carthagine & Roma, multos annos inter se concertantibus, illam postremò succubuisse, uictamq; ab altera conditiones accepisse, ob eam potissimum causam, quòd quo tempore id contigit, Carthagine negligētius quàm antea, Romæ diligentius, quàm alias colerentur leges. Harum igitur si tanta fuit necessitas, si tanta est utilitas, ut his recte positis nihil utilius, nihil melius esse possit, quibus etiã summa accedit maiestas, ac dignitas, non uideo, cuius rei maior habenda sit ratio, quàm legalis disciplinæ, neq; quibus in studijs præcipue à teneris acquiescendum sit, quàm in ijs, quibus iura continentur. Qua propter non possum non miris laudibus extollere Cretensium illum morem, quo pueris leges harmonice numeris coniuncte ediscendæ proponebantur. Nihil enim tam facile in adolecentium animos influit, quàm suauis concentus. Hac ratione sapientes uiri prudenter existimasse uidentur disciplinæ seueritatem teneris adolecentulorū animis, & facilius insigi, & tenacius, ac diutius inharere posse. Neq; enim cellis, & arcis leges inclusas esse decet, sed hominum mentibus. Quam præclarum fuit illud Lycurgi factū, qui Lacedæmonijs nõ scriptas leges uoluit tradere, ne litteris confideates eas nequaquam memoriæ mada rēt, sed omnes eas scire, ac memoria tenere iussit, ne quis iusti ignarus iniuste ageret. Fit enim quisq; ubi leges animo fixas habet, & ad iusta peragēda promptior, & ad delinquendū tardior. Vnde haud temere Socrates apud Xenophontē negat quæquam iustū esse posse, qui sit legū imperitus, quādo quæ iusta sunt, imperatur legibus. Nec minus præclarū illud Atheniensū institutū fuisse legimus, cū ephēbi iuramento adacti leges seruare pollicebantur, patriam tueri, pro sacris & profanis dimicare, magistratibus parere, neq; permissuros unquam, ut quisquam leges audeat uiolare. Quid hoc more illustrius? quid sanctius esse potest? Nihil enim mea quidem sententia ciuitati utilius contingere posse arbitror, quàm ciues à teneris in legibus assuescere. His in artibus pueros erudiri fas est, non in ludijs, non in choreis, non in uoluptatibus, non in uerbis obscenis, quibus ut plurimum (heu prauos corruptosq; urbū mores) non modò à patribus imbuuntur uacui puerorum animi, sed refectiuntur, sed explētur. Vnde nemini mirum debet uideri, si tot tantisq; ab immanissimis hostibus clades quotidie sustinemus, si tot malis premimur, quibus nulla alleuatio reperiri potest, nisi summa illa pietas, quæ afflictis in rebus etiam immerentibus opitulari solet, opem aliquam ferat. Tot tantorumq; incommodorū quid causam arbitramur esse nisi prauam puerorum educationem? Qui si ab incunabulis in legibus assuescerent si leges & iura in primis colere, & seruare discerent, si eorum aures legum sanctissimis uocibus, non fabularum illecebris circumsonarent, & caste uiuerent, & patriæ charitate, & uirtutum amore flagrarent, uitiorum odio accenderentur, uenerarent seniores, paribus cederēt, infimos amplecterētur, parētibus ac magistratibus parerēt pauperiores nõ negligerent, diuitijs uirtutē præponerēt, diuinū deniq; cultū non contemnerent. Facessant quæso à teneris puerorū animis mētia, uerbaq; turpia, arceatur uanæ, inutilesq; fabellæ. Nolite (uos patres appello) nolite quæso turpes optimi pueros uestros, nolite magistri, qui eorum curā geritis in poetarū uanis figmentis rudes animos educare, sed in legibus. Quæ enim Fortitudinis laudē cōsequuntur, qui audiēt Achillis apud Homerū, & Aeneæ querelas apud Virgiliū? Quæ liberalitatis, ubi Achillē apud utriq; exanimū Hectoris corpus auro uēdentē intelligēt? Quæ frugalitatis, continentia, & temperantia exercebunt officia, qui Alcinoi, uel Didonis magnifi-

magnificos apparatus, qui Iouis cum Iunone concubitus, aut Martis cum Venere, aut turpia ac nefanda Pasiphaes aduertia noscēt? Qua diuini cultus reuerentia commouebuntur, cum Achillem Apollinis, ac Deorum numina contemnentem audiēt? Quo pietatis, ac clementia ardore flagrabunt, qui in crudelibus cadibus audiendis assuescēt? Quæ munificentia, quæ iustitia dignitate excitabuntur, cū Thesi, ac Piri toi rapinas lectitabunt? Procul ò procul hæc, cæteraq; eiusmodi deliramenta à tenella ætate, quæ optimis præceptis, ac moribus est imbuenda. Facessant portenta hæc (nam in teneris assuescere multum est) à purgatis adolecentulorum auribus, neque sinant patres, ut qui ad Reip. munera educantur, & quos in præstantes uiros euadere sperant, eorum tenelli animi tam pernicioso corrumpantur mendacijs. Quæ si à teneris inceperint, nemini dubium est, quin in mores, & in naturam sint abitura. Teratur tempus omne in legum studijs, in quibus nihil inane, nihil fabulosum, nihil mendax locum habet, in his enim uerum, simplex, syncærumq; late omnia tenent. Hinc Prudentia, Iustitia, Fortitudinis, Liberalitatis, reliquarumque uirtutum semina petenda: hinc exemplorum suauissimi flores legendi, hinc honestarum actioum fructus uberrimi sunt percipiendi. Quamobrem si à Deo, & ab hominibus gratiam inire optatis patres optimi, erudite, si fieri potest, filios uestros cum primo pede certo humi figant uestigia, in sacrarum legum studijs; toto pectore, curaque in hanc operam incumbite, ut pueri nihil sciant, nihil loquantur, nihil expectant, nihil meditentur nisi leges. Non enim uideo, ubi maiori diligentia opus sit, quam filium optimum reddere. Cauete ne idem uobis contingat, quod Heli Sacerdoti, qui cum filios disciplina, & correctione erudiendos non curasset, supinus cadens infeliciter obiit. Lex est fidissima uitæ dux, optima morum magistra, firmissima ciuitatis custos, rectissima iusti regula, pulcherrimum Reip. ornamentum, tutissimū regni præsidium, prudentissima omnium bonarum artium auriga, fecundissima omnium uirtutum, ac disciplinarum mater. Hæc est illa ars artium, quæ grammaticum docet, non tam uocum inconcinnitatem, quàm morum turpitudinem esse cauendam. Hæc Poetam, non tam uersus uarijs exornationum floribus, quàm animum uariarum uirtutum fructibus abundare. Hæc Oratorem, non tam decere apte, distincte, & ornate dicere, quàm honestè, prudenter, ac bene agere. Hæc Historicum, non tam præstare aliorum dicta, aut facta describere, quàm animi motus componere. Hæc Dialecticum non tam aduersarij rationibus non esse cedendum, quàm uoluptatum illecebris resistendum. Hæc Mathematicum, non tam pulchrum esse numerorum, aut magnitudinum tenere notitiam, quàm se suaque suo pede metiri. Hæc Philosopherum non tam naturæ arcana, quàm Deum Optimum Maximum indagare fas esse. Hæc Medicum non tam corporis, quàm animi morbis prospicere opertere. Hæc Theologum non tam diuinarum rerum causas scrutari debere, quàm diuina opera imitari. O legem sanctissimam, ò singularem rerum omnium regulam, ò præclarum, ò admirabile Dei Donum. Tu diuinarum atq; humanarū rerū notitiā præbuisi. Tu uirtutes docendo, uitiaq; expellendo rudes hominū animos in formasti. Tu in unum locum collectos homines charitatis uinculo deuinxisti. Tu animi perturbationum amuleta inuexisti. Tu feros homines à prauis & agrestibus moribus ad iustitiam, & ad mansuetudinem traduxisti. Tu pacis, & concordia semina in urbes importasti. Tu omnium officia præscripsisti. Tu diuinum cultum confirmasti. Quare colite pueri, amplectamini adolecentes, ac iuuenes, custodite uiri ac seniores hunc perennem æquitatis fontem, iusti atque iniusti regulam, libertatis fundamentum, bonorum præsidium, malorum supplicium, mentem denique & animum & tutum ciuitatis consilium. Sine legibus non domus ulla, non ciuitas, non gens, nõ uniuersum hominum genus stare, nec deniq; uniuersi natura potest.

Excurrerem Academici in præmia, & honores, quibus à florentissimis ciuitatibus, aut à potentissimis regibus, aut denique à Dijs ipsis affecti fuerint legum conditores, ac custodes, nisi id luce clarius apud uos pateret. Quid enim referre opus est, quantum Mercurio tribuerint Aegyptij ob conditas leges? Quid illud de Lycurgo Pythiæ uatis encomium, cum post editum oraculum negauit se scire quo eum nomine saluaret, hominem ne, an potius Deum appellaret? Quid, quanti Vlpianum fecerit Alexander? Quid, quantum Theophilo, & Triboniano tribuerit Iustinianus? Prudens prætereo quot præmia Domum reuulerit Papyrius ob Regias leges in unum uo lumen collegas, unde ius illud Papyrianum effluxit. Taceo C. L. Regillanum, qui XII. Tabulis scribendis præfuit. Omitto M. Mucium, L. Brutum, P. Manlium, qui iecere iuris ciuilibus fundamenta. Nihil dico de Ser. Sulpicio, qui de iure ciuili C. L. XXX. reliquit uolumina. Apud Romanos Iuriconsulti domus ciuitatis dicebatur oraculum, semperq; summo, fuit in honore iuris cognitio, atq; interpretatio, idq; muneris Patrociolorum fuisse proprium asserit Dionysius Alicarnateus. Neque immerito tanto in honore habiti fuere Iuriconsulti apud florentissimas urbes, sunt enim in ciuitate tanquam sidera fulgentissima, inter ignotos clari, inter inclytos præcipui, inter homines uiri, inter uiros Heroes. Adhuc quantum oculis præstat manibus, caput pedibus, ratio sensibus, anima corpori, sol cæteris astris, tantum Iuriconsultus cæteris hominibus antecellit. In eius enim manu ciuium cõcordia, pax, bellum, præmia, poenæ, artes, disciplina, mores, leges, instituta, priuata, publica denique sita sunt omnia. Quare uos, qui legibus operam datis, nolite laborum molestijs deterreri, quibus legalis facultas referta est, intuemini honores, inspicite præmia, proponite uobis ante oculos dignitates illas, & commoda, quibus tot laborum molestia compensantur. Videre licet quotidie in urbe nostra permultos iuriconsultos doctrinæ, & uirtutis insignibus decoratos, quorum alij publica, alij priuata procurant, Quidam Regio patrimonio tutando sunt præfecti. Præsiunt alij prouincijs, alij funguntur legationibus, capitalibus rebus alij, ciuilibus causis iudicandis alij sunt præpositi. quidam Senatui, quidam rationibus, quidam libellis. Nullus est insignis magistratus, quem Iuriconsultus non gerat. Inter eos tamen summis affici uidetis laudibus, tum ob summam publicarum rerum prudentiam, tum ob singularem probitatem, ac sapientiam ANTONIUM ORIFICEM Sacri Senatus Præsidem integerrimum. Tum PROSPERUM Vitalianum, Bisiniani gregis pastorem uigilantissimum. PAVLUM Fuscum Sarnensem Episcopum de legali & omni liberali doctrina optime meritum. FABIVM Puluerinum Inarimes Episcopum integritate & doctrina præstantem. Tum & SEBASTIANUM Barnabam Iuuenatij Præsidem omni liberali doctrina eruditum, qui ad eiusmodi honores hac uia sibi aditum fecere, eademq; ad maiora peruenituros esse non dubitantem est Academicus. Verum fulget inter omnes THOMAS SALERNITANI gloria, de cuius laudibus scio multos, & insignes oratores, & grauius, & ornate dixisse. Vellem ipse quoq; eius uirtutes, pleclaros mores, sapienter dicta, ac facta oratione meâ recensere. Sed unde exordium sumam? ab humanitate? ab ipso nemo prudentior habetur. Igitur à prudentia initium capiam: at iustissimum omnes prædicant. A iustitia? At nemo est, qui eius fortitudinem, ac constantiam non admiretur. Ergo à Fortitudine? at subito se offert liberalitas. Quid si ab hac? clamabit Temperantia. Quid si ab animi moderatione? uocabit me in ius Magnanimitas. Quid si ab omnium rerum singulari peritia? Pietas, & Religio, quibus cæteris antecellit, me grauius acculabunt. Quid si à iuris dicendi integritate, ac fide? graues aduersarias habebo, castitatem, tolerantiam, ac humanarum rerum contempnionem. Quid si ab incredibili in omnes lenitate, ac benignitate? dicam scribet eloquentia. Quid ergo?

ergo? colligere omnia simul oportet, ac promptè fateri. Vno Salernitano nihil habere urbem nostram hodie melius, nihil utilius, nihil illustrius, nihil sapientius. Quid enim de tanti uiri humanitate dicam, quem nemo sibi sentit infensum? Quid de Prudentia, cuius consilia, & actiones admirantur omnes? Quid de Iustitia, à quo nihil temerè, nihil iniuste quisquam actum esse doluit? Quid de integritate, si à recto nunquam aberrauit? Quid de liberalitate, si nihil cupidè unquam exegi? Quid de animi moderatione, si in eo nihil fuit unquam aut superbia elatum, aut iracundia efferatum? Quid de castitate? si nihil est in eo uoluptate mollium? Quid de Magnanimitate, si nihil in eo percipitur, aut ignauia abiectam, aut inertia demissum? Quid de Pietate, ac Religione, cui nulla prauæ opinionis iniusta est labe? Quid de eruditione, cui in iure dicundo, & in cæteris optimis artibus nihil est abditum. Quid de eius constantia, ac tolerantia rerum humanarum, si in eo nihil unquam resedit, aut dolore fractum, aut inconstantia odiosum. Quid de eloquentia, si ex eius ore nihil putidum, nihil inconcinnum unquam effluit? Felix es, Salernitane tantarum uirtutum camelo. Tu unus ille es, qui & uitæ integritate, & doctrinæ præstantia, & naturæ habitu excellenti, ac prope diuino, denique rerum administrandarum sapientia omnibus es uere anteponeendus. Vnde nemini mirum esse debet, si ob tanti uiri præstantiam Neapolis, quæ ipsum in suo sinu nascentem excepit, haud secus gloriatur, ac Roma Fabio Maximo, aut Solone quondam Athenæ, & si eius quocumque partem sibi nendicat Salernum Vrbs eruditissimis hominibus, liberalissimisque studijs affluens, cum ex illustri Salernitanorum familia ortum ducat. Sed ob innumeras animi dotes, quibus inter alios præstantes uiros maxime elucescis Salernitane eruditissime quanto cæteris incitamento solus existis ad laudem, & ad gloriam comparandam, & præsertim ob assiduos labores, quos in legibus primum percipiendis, postea explicandis consumpsisti? Nam cum & generis claritate insignis esses, & maiorum tuorum opibus commode uitam traducere posses, uoluisti tamen ad nominis amplitudinem Iuris Pontificij, ac Cæsarei, multarumq; laudatarum artium eruditionem addere, ut cæteros admoneres, non familiaræ ueritatem, dignitatemq; ad uirtutis insignia comparanda satis esse; sed plurimarum, & maximarum rerum sciëntiam, sed uitæ integritatem, quibus ducibus optimo cuiq; ad maximos honores aditus patet. Verum neque his & naturæ, & industriæ tuæ muneribus contentus (cum non ignorares externas adire regiones, diuersorumq; populorum mores, & instituta nosse plurimum ad doctrinam, & ad uitæ actiones conferre) Solonis exemplo ad permultas, & clarissimas Europæ urbes accessisti; plura & maxima flumina traiecisti, ut animi tui cupiditati satisfaceres. Vnde quàm nobilis tua illa peregrinatio fuit, cum ad Sarmatarum Reginæ, quæ iam fato concesserat, res componendas à PHILIPPO Rege prudentissimo missus fuisti? Eas enim aded impeditas esse constabat, ut per alium quàm per te explicari posse, non uiderentur. Tantis in rebus, tam implicitis, tam difficilibus quanta prudentia aduersus illustriorum aduersariorum contentionem te admirabilem præstitisti? illas uerò quàm facile, quàm iuste, quàm sapienter explicasti? in cuius causa patrocinio cum clarissimum sapientia, & integritatis tuæ specimen exhibuisses, quantis honoribus à FERDINANDO IMP. Sapientissimo affectus fueris, pluribus, & uerissimis, uocibus recensere, nisi castis auribus tuis, quæ talia respuunt, id dare me uelle existimares. Quid tua illa in Sicilia profectio? quàm nobilis, quàm clara, quàm necessaria fuit? cum eiusdem Regis mandato ad regios magistratus tuo arbitrio, ac consilio instituendos uenisti. Magna celebritate famæ in Siciliam aduentasti: sed tantam expectationem tuus aduentus, admiratioque superauit. Dicit non potest quanto iudicio, quanta equitate innumera mala, quibus illa prouincia premebatur, extirpasti, quanta lenitate hostiles animos

animos sedasti, quanto consilio plurimorum, & illustrium uirorum. contentiones ad pacem, & ad concordiam reuocasti; quanta celeritate ad optimum, & tranquillum statum omnia uiuificasti. Quarum rerum testis est in primis Sicilia ipsa, quæ tam præclaris institutis conformata SALERNITANVM tot bonorum, quibus nunc fruitur, auctorem imprimis colit, obseruat, & admiratur, & quæ Salernitanum unum semper habet in ore. Hunc igitur & nos Academici non maximo proficemur honore? non maximis efferemus laudibus? Non hunc tanquam aliquod numen urbi nostræ, atque adeo toti terrarum orbi Deorum munere datum summa obseruantia, & beneuolentia complectemur? Arbitror uos non ignorare cum unicuique admodum difficile sit se ipsum tueri, multo difficilius ciuitatem ex multis constantem id assequi posse. Cum ei assidue permulta imminerent mala, eamque ob causam cuique diuinum quoddam numen præesse tanquam tutelarem patronum, cuius beneficio regeretur, numinis uero uicem gerere magistratum, qui quasi diuini illius numinis interpret & diuina nosceret, & humana gubernaret. SALERNITANVS hic est ille iuris administrator, urbisque nostræ fidissimus patronus. Hic ille est Platonis magistratus, cuius uita magistratu ipso longe melior existit, qui magistratum, neque petijt, neque appetijt unquam. Charundam scribentibus suis in legibus præcepisse, ut ciues non solum parerent magistratibus, sed eos tanquam patres & colerent, & uenerarentur. Platonem quoque statuisse legimus, e Titannum genere eos esse censendos, qui magistratibus aduersarentur. Caucte Academici, ne quid tale unquam in uos dici possit, ferte magistratus in oculis, assurgite illis, ubicunque occurrerint, eos denique tanquam diuina numina obseruate, & colite. Agite ergo diuino præsidio aspirante abiectis inanibus poetarum fabellis, in cumbite omnibus animi uiribus ad tam præclara diuinarum legum studia, quibus ducibus diuitiæ, honores, dignitates, generis claritas, & gloria comparantur. Proponite uobis ante oculos SALERNITANVM hunc uirum clarissimum; Nullus uos labor ab incepto deterreat; nullus enim labor Salernitanum à legum studijs abstraxit, nullus somnus retardauit, nulla uoluptas auocauit. Hunc imitamini, qui tot literarum monumenta euoluit, qui tot leges didicit, qui tot prudentum responsa, & ueterum instituta memoria mandauit. Neque uos rei difficultas moueat, difficultatis silia sunt laus, & gloria. Non temporis spatia, non scriptorum admiranda terreat multitudo, Nulla enim temporis longinquitas, nulla librorum tur-

ba Salernitanum ab incepto abducere potuit. Hunc igitur sapientissimum
 Duce[m] sequi oportet, lumen hoc intueri, hunc hunc Salernitanum in-
 quam, ingenio clarum, eloquentia insignem, legum peritia incly-
 tum, Reip. administratione præstantem, uitæ denique inte-
 gritate admirabilem, Huius studia, labores, diligen-
 tiam, uigilantiam, solertiam, imitari necesse est,
 ut tot bonorum, tot dignitatum, quibus
 ipsum cæteris omnibus præstare ui-
 detis, & quibus de legali
 militia optime
 meritos

Deus Optimus-Maximus impertitur,
 participes uos quoque esse
 ualeatis.

O R A T I O. III.

HABITA IN ACADEMIA IOAN. BAPTIS. RINAL.
 AB OCTAVIO FVSCO IOAN. CAROLI CIVIS HONESTISS. E.



VID tanta dierum celebritate? quid tanta Academicorum frequentia? quid tante literatissimorum uirorum cætu dignum imperitissimus tiro afferre huc hodie poterit? Quid SALMERONIS hodierni Præsidis nostri doctis auribus, maximisq; studijs accomodatum expromere? Is enim cum ingenij præstantia, doctrinæ maiestate, & admirabili dicendi suauitate longe omnibus antecellat, nihil rude, nihil impolitur, nihil imperfectum ferre potest. Etenim ut fulgentissimus ille solis globus, quem intueri nequimus aduersum, mortalium oculorum aciem, sensumq; perstringit, & præsertim cum ex atris tenebris in igneum illum fulgorem prodeunt: Sic mihi in clarissimum hoc Christianæ Reip. lumen intuenti (nuper enim ex humanarum disciplinarum tenebris prodij) caligant oculi, tantiq; sideris præsentia omnes cõcidunt animi uires: Quid est enim tam obscurum, aut tam tenue, quod ipse lucidissimis suæ doctrinæ radijs non illustret, & compleat? Dij boni, cum primum emicat, quot Euangelicæ pietatis lumina effundit? quæ diuinorum arcanorum sidera accendit? quantas imperitiæ nebulas ex humanis mentibus disijcit? quanta lætitia omnium animos & effert, & cumulat? Ad solis mensam quas nunc ipse afferam epulas? quæ pulmentaria? quæ tragmata? Canam ipse quotidie non modo lautam, sed opiparam, sed Pontificiam in Sacro Saluatoris nostri templo solet instruere, tanto apparatu, tantoq; splendore, ut ea nihil splendidius, nihil magnificentius esse possit. Utinam Academici tantum in me esset ingenij, quod sentio, quam sit exiguum, utinam tanta dicendi facultas, quanta me tenet admiratio, quanta me ex tanti uiri aspectu formido commouet, sperarem profecto (& si cætera deessent) uestræ expectationi, quam uideo magnâ mihi aduersariam esse constitutam, meaq; cupiditati aliqua ex parte esse me satisfacturam. Nunc uerò cum omnia desint, & sententiarum gravitas, & uerborum copia, & (quod plurimum pollet) rerum ipsarum apparatus, quid inceptem, quid moliar, quo tendam, ignoro. Dicamne aliqua pro eloquentia? pro sapientia? pro re militari? pro solertia? pro humanarum disciplinarum studijs? Non indigna hæc essent tanto Iesuni Collegii præsole, quo nemo eloquentius, nemo sapientius diuina referat mysteria, & quo pro CHRISTI Imperio propagando nemo fortius militauit nemo diutius laborauit, nemo doctius, ac elegantius scripsit. Sed hic de rebus permulta ab alijs & grauitè, & copiose dicta fuisse non ignoratis. Verù cum hic Christianæ legis non minus custodem integerrimum, quam prædicatorem præstantissimum se gesserit, neque minus uoce, quam exemplo cæteros ad diuinum cultum præcipue excitarit, ea de re aliqua mihi dicenda esse statui, quæ uos quoque & tanti doctoris præstantia, & tanta Cineraliu dierum celebritate haud indigna esse censebitis. Fauet uos omnes precibus uestris, & tu pater amplissime, ut CHRISTVS ipse humani generis Saluator, de cuius lege dicturus sum, benigne tantis aspiret inceptis. Magnam rem & præclaram hominem esse, & (ut Mercurij Trismegisti, Platonisque

nisque uocibus utar) maximum, & diuinum naturæ miraculum, non solum Græca, & Latina sapientia, sed etiam diuina testatur historia. Nam ut eius uultum omnium ad sidera, ut cælum intueretur, erectum, fulgorem oculorum, qui tanquam speculatores altissimum locum obtinent, & quorum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate animorum motus significantur, cæterorumq; sensuum familiariam, qui tanquam interpretes, & nuncij rerum ad mentem omnia deferunt, manuum uires eximias, ut multarum artium essent ministræ, totius deniq; corporis aptam, ab solutamq; figuram, atq; perfectionem, qua nihil est uenustius, nihil humanæ dignitatis accommodatius, ut hæc (inquam) prætermittam, quid est, quod maxime hominis præstantiam indicet, quam omnia, quæ sunt in mundo, atq; adeo mundum ipsum, uniuersarumq; rerum naturam hominis causa & factam, & paratam esse? Neq; enim herbarum, aut fructuum, aut arborum causa tantarum rerum molitionem factam, aut bestiarum nihil intelligentium amore Deum tantum laborale existimabimus, sed hominis gratia, cuius imperio domicilium hoc cunctaq; quæ in eo sunt, libentissime parent. Videte primum Academici, quam pulchre cælum ipsum aurati laquearis instar circum, circa supraq; hunc contegat, quam firmam sedem præbeat terra in medio mundi uniuersi loco fixa, quam iucundo lumine sol, luna cæteraq; hunc illustrant sidera, quam commode foueat æther, quam laute hunc aqua sordibus mundet quot ei officia belluæ præsent, quot suggerant commoda, quot alimenta, olera, arboreq; suppeditent. Videte deinde quam facile huic pareant colles, qui tor Bacchi munera tam largè effundunt, quam ei respondeant campi, cum ad hominum usum tot ferant fegetes, quam ualles, quæ fructus, quam nemora, quæ ligna, quam auri fodinæ, quæ metallorum omnia genera, quam lacus & flumina, quæ pisces, quam æquora, quæ commercia, merciumq; innumera dona suppeditant. Magna res est hominis, magnum naturæ miraculum. Quid etiam uulgata illa iam prosequar? Sacra enim id docent literæ; Hominem Dei esse simulacrum, in eoq; Dei charagma (ut Theologorum uerbo utar) præcipue conspici, eiusdemq; custodiè, atq; tutelæ diuinæ illas mentes, quos angelos ab eorum officio appellant, esse prepositas; plurimis maximisq; muneribus a Deo esse donatum, ut hunc solum ad imperium, ad immortalitatem factum esse constaret. Nec enim parua illa censenda dona sunt, summa ingenij, celsitatis, cuius uirtute innumerabilem rerum seriem complecti ualeat, locupletissimus ille memoriae thesaurus, in quo tuto perceptarum rerum simulacra retineat; diuina illa ratio, & cogitatio, quæ cum adoleuit, & perfecta est, sapientiæ nomen habet; singularis denique illa, quæ animo concepimus, exprimendæ facultas, cuius tanta uis est, ut non solum ea quæ ignoramus, discere, & ea, quæ scimus, alios docere possimus; sed etiam languentes cohortari, afflictos consolari, perterritos à timore deducere, gestientes comprimere, cupiditates, iracundiasq; restringere: Illud quoque quam admirabile, atque præclarum, quod & Plato animaduerit; inesse mortali humanis scientiarum ueluti seminaria quædam, & plane thesauros, qui mirabiles in eis sapientiæ amores excitant? Recte Pythagoras asseruit, Diuinum hominis genus esse, augustiniorumq; naturam in lucem promentem atque monstrantem omnia. At illud mentem omnem excedit, omnemq; uincit cogitationem. Qui sit, ut tam dispares, tam diuersæ, tam aduersæ sibiq; mutuo repugnantes naturæ, ex quibus homo constat, cum altera terrestri & caduca, altera diuinæ, & immortalis existat, una esse possint, ad eoq; inter se conuenire, ut ex duabus una esse uideatur. O mirabilem sapientiam, & admirabile consilium. Id cum prudentissimus ille rerum omnium Pater optime uideret, ut tã aduersæ formæ interdum ad normam aliquam redigerentur, ne uel diutius inter se pugnarent, eas inter se conciliauit rationis cuiusdam uinculo, quam sapientes uiri legem postea appellauerunt, quod huius uirtus non solum iam dissi-

res naturas, sed etiam homines ipsos inter se mutuo quodam uinculo colligaret. Nã quæ res efficere poterat, ut homines, quibus in terris nihil est superbius, nihil elatius in unum locum collecti quietam uitam, & tranquillam inter se ducerent, nisi disciplina aliqua inter omnes disseminata excurreret, quæ ipsos in pace, & in officio contineret? Hinc ortum esse censeo, ut nulla gens tam rudis esset, tam fera, tam immanis, quæ natura duce moribus, legibus, & institutis non regeretur; Neque alia in re tam diligenter laboraret, quam in sancendis legibus. Videlicet quia diuino quodam spiritu afflati agnoscebant hominum uitam sine lege nullam esse, neque diutius permanere posse. Atque hinc effectum esse putabimus, ut florentissimæ quondam urbes non solum maximis honoribus præcos legum latores sint prosecutæ, sed etiam eorum instituta diuinis numinibus accepta retulerint. Quæ enim gens tam longinqua, tam à sedibus nostris remota esse potest, quam Persæ, quam Indi? atq; hos tamen Zoroastrum magnis honoribus affectisse legimus, legesq; eius ingenio excogitatas ad eum Deum Oromasim retulisse. Quæ tam barbaræ? Quæ tam immanis, quæ Scythæ? hos tamen Zamolxidis instituta Vestæ tribuisse ferunt. Quæ tam fœdistraga, & tam subdola, quam Carthaginenses? hi quoque Charundæ edictorum non ne Saturnum referunt auctorem? Quæ tam mendax, & tam ambitiosa, quam Græci? Atq; ex his Cretenfes, Minoi Scita Ioui, Athenienses Solonis dogmata Palladi, Lacedæmones Licurgi inuenta Apollini adscribunt? Quid Aegyptios referam, qui disciplinarum omnium inuentionem sibi uendicant, non ne legum suarum Mercurium magistrum iactant? Quid Romanos rerum dominos? non ne Aegæriam Numæ plurima ad ciuium salutem, & ad Deorum immortalium religionem monstrantem sunt uenerati? Nimirum quia omnes diuino numine instigante agnoscebant legem, & legum conditorem nihil aliud esse, nisi Dei uniuersa exornantis spiritum imaginem, quam ob causam neq; legem Romanos nisi auspiciatè sanxisse comperimus. Non immerito Latina eloquentiæ parens, Cicero legem ciuitatis uinculum appellauit, libertatis fundamentum, æquitatis fontem, in eaq; arbitratus est mentem, & animum, consilium, sententiamq; ciuitatis esse positam. Et ut corpora nostra sine mente, sic ciuitatem sine lege suis partibus, & neruis, sanguine & membris uti non posse. Huc quoq; respexisse uidetur Græcæ eloquentiæ ornamentum Demosthenes, cum asserbat, eiusmodi legem esse, ut ei omnibus parendum sit, non enim ignorabat donum Dei legem esse, sapientium dogma, ac ciuitatis concentum. Hæc eadem res efficit, ut paucis uerbis leges conscriptæ essent, tanquam diuinitus uoces emissæ, & oraculorum monita, quæ iubeant, non quæ disputent, ut ab imperitis facilius & tenerentur, & obseruarentur. Nihil enim ineptius haberi solet, nihil frigidius, quam de eadem re longa disceptatio, quam rem dicunt Platonis institutis longa oratione ab eo conscriptis fidem omnem abrogasse. Verum cum hominum ingenijs leges permultæ, & inuentæ, & excogitatæ fuerint, inde effectum est, ut mancum aliquid, & imperfectum haberint. Quid enim exacti in Lycurgi institutis esse potuit, cū Sicarij, parricidæq; alioqui maximis afficiendi supplicijs, nulla pena afficerentur? Quid in Spartanorum moribus, apud quos furari licebat impune? Quid in Persarum legibus, quibus raptò uiuere non uetabatur? Quid boni in Arabum placitis, quorum auctoritate sancitum erat, ut fratres, quod natu maiores essent, non filij, parentum hæreditates adirent? Quid æqui in Germanorum edictis, quibus euebatur, ne parentes testamenta facerent? Quid sancti in Lyciorum scitis, quæ feminas, non mares instituebant hæredes? Quid laude dignum in Atheniensium dogmatis; apud quos mortuorum corpora pi gnori dabantur? Quid non est in Germanorum, & Aegyptiorum sanctionibus, cum sacerdotibus furti portionem furibus darent? Quid Pij in Draconis mædatis, quæ etiã minima errata seuerissime uindicabant? Vnde uulgò dictitatum fuit eius leges draconis

A C A D E M I C A

tonis sanguine fuisse scriptas. Quid iusti in Namæ religione qua cuiq; omnia pro tribus sibi licebat comparare? Quid laudabile in Solonis disciplina, qua dissimulabatur adulterium? Quid in Lydorum plebiscitis, quæ mulieres in iustis dotes sibi parare iubebant? Quid uerecundia dignum in Balarium moribus, qui spontam uirginem prima nocte sanguinis affinitate proximiori subiiciebant? Quid præclarum deniq; in Romanorum tabulis, si apud eos diuortia, & repudia uigebant, & si in eos qui soluendo non essent, tam seuerè animaduertebatur, ut eos catenis uinctos creditores habere possent pro seruis, operasq; exigere? Neque lex illa à Mose Hebræis tradita exacte ad ueram rationis normam redacta erat, quando præter cetera per eam sanari non uetabatur. Propterea cum ceteris in legibus nihil esset omnibus numeris absolutum, legem aliquam cælitus aduenire necesse fuit, quæ aliorum instituta abrogatis, sola quod uerum, simplex sanctumq; sit, tueretur; Eumq; legis conditor exoriri, qui diuina prædicitur Sapiëntia & ceterorū iniusta dogmata aboleret, & optimam omnibus seruanda sanciret. Fluitabāt leges omnes haud leuicæ ac in medio freto nauis excussio magistro. En opportune CHRISTVS humani generis Saluator optimus; cui nullus similis in legislatoribus, Dominus ille legifer noster, dominus ille Iudex noster (ut ait Propheta) de celo patris æterni iussu Euangelicam legem sanctissimam in terras detulit, unicum humanæ salutis præsidium, singulare bene uiuendi lumen, admirabile totius orbis ornamentum. Pertinebant præcæ illæ leges uel ad mores hominum recte informantos, uel ad arcenda scelera, uel ad publicarum rerum administrationem, uel ad sacrorum ceremonias, uel ad priuatarum negotiorum procuracionem, uel ad humanarum actionum regulas: nulla tamen (& si omnibus concordia, pax, felicitas propofita esset) ad superos uiam sternebat, neminē celo dignū reddebat. His de causis eā ferri legē opus erat, quæ ob eximiam legislatoris auctoritatē, ob singularē eiusdē ueritatē, uitæq; sanctitatē ac diuinitatē, & homines sanctos efficeret, & cælū (quod maximū est) referret. Tāq; & tā præclare legis nō tunc uerant, sed summa; & sola illa rerum domina sapientia, sanctus ille & Deus, & homo CHRISTVS æterno patri coæternus filius Almo illo, & æterno Spiritu comitante, qui solus & optima sancire, & ueram uiuendi regulam indicare, & cælum antea clausum poterat referre. At uidere quid distent ara lupinis. Erant ceteræ leges, grauēs, seueræ difficiles, minaces, terribiles, nihil nisi ulcrones, pœnas, carceres, patibula grauiſſima deniq; supplicia minabatur, erant iura iniſta, sanguine tincta, mortis horrore aspersa, nullam humanitatem, nullam profitebantur pietatem. CHRISTI uerò lex quā lenis? quā læta? quā facilis? quā benigna? quā suauis, & dulcis super mel & fauū? Nihil nisi erratis ueniam, afflictis hilaritatem, pauperibus celeſtium bonorum copiam, mitibus pacem. Iustis deniq; omnibus beatā uitam certissime pollicetur. Nihil in ea sancitum est, quod non CHRISTVS ipse effecerit primus, leue iugum hoc est, quod is, qui subit ex altera parte CHRISTVM habet laborum suorum & comitem, & socium. Non præces assidua in ea præcipiuntur, non iniuriarum acceptarum obliuio, non in ædia non aduersorum tolerantia, nō mansuetudo, non castitas, non dilectio, non humanarum rerum, & mortis denique contemptio, quin præceptorum omnium & consiliorum CHRISTVM habeamus ducem. Nam quis CHRISTO Diutius orauit, qui integras noctes in fundendis ad patrem precibus constantissime Infomnis transigebat? Quis CHRISTO illatas iniurias celerius ex animo aboleuit, qui tam humaniter pro accerrimis hostibus precatus est? Quis CHRISTO fame enectus est diutius, qui quadraginta diebus, totidēq; noctibus se incredibili macerauit inedia? Quis aduersa moderatius tulit CHRISTO totam uitam assiduis fregerit laboribus, totque aduersariorum calum-

calumnias ex animo benignissime aboleuerit? Quis CHRISTO parius dixit, si neq; dolus in eius ore iuuentus unquam fuit? Quis CHRISTO amauit uehementius, cui is ut homines erudiret tam pie, tam amanter incommoda sustinuerit? Quis denique fortius mortem contempſit, quàm CHRISTVS, cum is acerbissimam, turpissimūq; crucis supplicium, ut errantem ouem ex immanissimi orci faucibus eriperet, patientissime tulerit. Quamobrem laudet uetustas suum Lycurgum, quod plumbea arca regi post mortem uoluerit, & in mare proiici, ne eius leges à Lacedæmonijs uiolarentur: extollat Solonem, quod pro patriæ imperio propagando, firmandisq; suis institutis se mortis periculo obiecerit. Prosequatur maximis encomijs Zaleucū, quod ut legem seruaret, oculo uoluit orbari. Nulla præcorum facta ne minima quidem ex parte cum CHRISTI amore sunt conferenda: nam eius charitas, qua humanum genus profecutionem, omnem cogitationem, omnem mentem exsuperat. Nulla lex cum euangelica conferri potest. Hæc est lex oris Dei, quia à Deo per Christum uerbum patris data est. Hæc est lex ueritatis, cuius præca illa à Mose lata Typus erat, nam Christus ueritas est. Hæc lex fidei, hæc spiritus; sola enim ostendit uerum Deū cuius est fides, & qui spiritus est. Hæc uitæ, hæc perfectæ libertatis est lex, quæ à morte homines reuocans ad uitam ducit & quæ in CHRISTO nos liberauit à lege peccati, & mortis. Hæc illa charitatis, quod perfectionis uinculum appellatur, lex est quam tulit Christus, qui charitas est. Hæc illa lex sancta, mandatum sanctum, iustum & bonum, ut ait Apostolus, Testimonium domini fidele sapientiam præstans paruulis ut ait Propheta. Hæc argentum igne almi spiritus examinatum, probatum, terra purgatum septuplum scilicet per prædicationem, per mortem, per resurrectionem, per ascensum, per Sancti spiritus emissionem, per apostolicam doctrinam, per ecclesiam eiusq; sanctissimos doctores. Hæc lex domini multiplex, quod multa, hoc est omnia complectatur, quod ad omnia, quæ agenda sunt, pertineat. Hæc est lex clementiæ in lingua mulieris fortis, de qua Salomon. Hæc lex ignea in dextera domini, quod ea nihil illustrius, nihil fortius existere potest. Hæc lucerna pedibus nostris si dissimū, ac clarissimū lumē præstat. Hoc illud oleū est ex oleo expressum ab amurca .i. ex omni labe seperatum. Hoc uinū e uino ueteris testamenti eductū, & præscarum ceremoniarum uinaceis. Hoc est granū tritum ex segete, & ex paleis ueterū sacrorū Vetusta enim lex illa tanquā euangelicæ fons, & initiū tēdebat in Christū, tanquā ad terminū. Hæc temporis progressu aucta est, & ad culmen peruenit. Noe enim tēpestate se se effrens sacrificia quædam, ac præcepta suscepit. In Abraham circuncisionē, in Mose præcepta omnia, quæ ad mores, ad ceremonias, ad iudicia spectabant. CHRISTVS omnia perfecit, omnia ad ueritatis normam redēgit. Quod non sero, sed opportuno tempore, cum scilicet opus erat, eam summa sapientia prædictum effecisse putandum est, nam quæ perfectissima sunt, posterius adueniunt. Neque enim tam salutare, tam præclarum donum tribuendum erat, ante quam labe illa, cui humanum genus obnoxium erat, per CHRISTVM ex orbe terrarum sublata fuisset; & nisi omnibus perspicuum esset, non ueteri lege in homines assequi posse, sed tantum CHRISTI beneficio, eiusque legis præsidio, quæ ueram agendi, ac uiuendi rationem traderet, & cuius uirtute ad cælum aditus esset. Medio hæc data est tempore. Medium enim is, qui eam sanciuit, & nascens, & docens, & moriens, & ad patrem ascendens semper adamauit. Scitis Academici inter errantia illa sidera qui planetæ appellantur, mediū locū solem occupare, atque ex illis tres supra illustrare totidemque infra lumen suum foenerari. Haud secus Euangelica se lex inter ceteras habet sole ipso clarior, ut quæ totum compleat orbem. Tribus enim à tergo, totidemque à fronte stipata circum circa tāquam satellitibus incedit, eam enim ut præcessere Aeterna, Naturalis, & Mosaica. Ita subsecutæ sunt postea ea

quæ ad consuetudines, pertinet Canonica, & Politica, quæ omnes à media tanquam cætera astra à Sole lumen mutuantur. A Eternam legem Deus mundo, cum primum factus est, cuiusq; partibus inseruit, quæ omnia ad sua munia obeunda eodem modo, eodem ordine docuntur, & reguntur. Quando circumdabat (inquit sapiens) mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne suos transilirent fines. Naturalem tanquam æternæ pedissæquam animis hominum insertam indicauit Paulus cum inquit: Cum gentes, quæ leges non habent, ea quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex. Hac duce homines ad Dei notitiam deuenerunt, quem omnium & creatorem, & saluatorem uenerati sunt. Nulla enim gens est tam inimica, neq; tam fera, quæ & si ignoret qualem Deum habere deceat, non tamen aliquem esse sciat, qui cuncta regat, & moderetur: omnium enim pectoribus insira est hæc lex, & quasi insculpta. Quæ cum paulatim tenebris obduci inciperet, ad scriptam legem confugiendum fuit, ne facinorosus, aut hebetes homines exultatione aliqua se tueri possent. Sic per Moysen lex data est, quæ tertium sibi uendicat locum; in qua sancita fuere quæcunque ad bene uiuendi præcepta, ad religionis ceremonias, & ad iudicia pertinebant. Quæ omnia cum sub umbra priscis illis contingerent, lucem illam exoriri, necesse fuit, quam tulit CHRISTVS, qui solus clarissimo suo lumine tantas dissipulit tenebras. Apparuit gratia Dei saluatoris nostri (inquit Apostolus) omnibus hominibus, ut sobrie, iuste, & pie uiuamus. Nā lex per Moysen data est, gratia per CHRISTVM facta est per Christum inquam uerum Deum, uerum Dei filium, sapientissimum legis conditorem. Prætermitto cæteras leges, quæ hanc sunt subsecutæ, satis enim eas iam notas esse arbitror. In Euangelica hac immorari oportet, de qua nostra suscepta est oratio. Neq; uerò quisquam existimabit, Mosaicam disciplinam ab ea, quæ à CHRISTO data est, plurimum abesse; Nam si conditorē spectabimus, Deus utriusq; auctor est: Ille enim Deus, qui per prophetarum ora in ueteri lege locutus est, idem quoq; per filium æterni patris uerbum suum exulit sententiam. Si adiutorem, unus, idemq; almus spiritus utriq; affuit, is enim & diuinos uates illustrauit, ut plurima de Christo præuidissent, & Apostolos instruxit, ut quæ de Christo ab illis essent præuisa, firmissime crederent. Si finē, utraq; ad eundem terminum, i. ad Christum spectauit, qui utramq; legē, & ex utraq; unā infecit, ut qui alterius finis, alterius principii exiit. Quod si quis diligenter expendit haud secus Euangelicā legē in ea, quæ per Moysen data est, in chulam inueniat, atq; in semine arborē, aut in spica triticū. Quā rē Ezechiel per duas illas rotas, quarū altera alteri infixæ erant, indicare uisus est. At si externa quadā spectabimus, nemini dabiū est, inter utramq; interesse plurimum. Data fuit lex illa Moysi circumfusa nubiuū crassitudine per terribiles sonos, atq; fulgures populo ab accessu motis absterrito. Hæc uero patente ad aures circumstantiuū tranquillitate colloquii, ut per gratiæ lenitatem remoueretur legis asperitas, & spiritus adoptionis auferret formidinem feruitutis. umbrā illa referebat: hæc id, quod uerū est, extulit, fuit illa timore operata: hæc amore condita, illa pædagogus instar habebat, hæc uirū refert perfectū, omnibusq; numeris absolutū. Per multa illa pollicebatur: hæc omnia præstitit. illa ceremonias docebat: hæc uera exhibet sacra. Illud deniq; permultum referre arbitror quod simulacra quadā uirtutū illa habuit; hæc ueras uirtutes inuexit. Sola enim Euangelica lex tanquā legū omniū est Epitome, & Encyclopædia, cuius Mosaicæ Typus extitit. Quid uere credēdū, quid sperādū, quid amandū sit, quid agēdū, quid petendū, quid fugiendū sit, clarissime docet, Christiq; confirmat exemplo. Hæc primum trium illarum uirtutum, quæ ob præstantiam Theologicæ appellantur, nodum inuexit. Quid enim fide certius, qua Abraham Deo tam gratus extitit? Quid Spe sublimius, qua Enos diuini nominis primus cultor tam clarus fuit. Quid charitate erdantius, cuius uirtutis gradu Helias flammeo curru inuectus est. Atque hæc

quomodo

quomodo Christiano uiro habendæ sunt, Euangelica lex docet. Hæc uirtutes cæterarum insignem ducant familiam hac lege instructam. Docet hæc in primis humilitatem, quæ B. VIRGINEM Sanctissimam CHRISTI reddidit matrē, CHRISTI inquam, qui in tota uita hanc uirtutem præcipue tenuit. Expoliuit hæc mansuetudinem, qua Moses omnium mitissimus habitus est. Hæc uitæ austeritatem qua, Iohannes Baptista in Heremo locustis, & agresti melle uicitans enituit. Hæc rerum humanarum incredibilem tolerantiam, qua Iob. Ostendit hæc hospitalitatem, qua Loth. Castitatem, qua Susanna præstitere. Quid de sobrietate, de frugalitate, dicam, quibus uirtutibus, sareptana uidua Helix hospita subcineritium sibi panem parans, & Apostoli ipsi uellentes spicas magnam merentur laudem? Quid animi puritatem, ac mundiciem referam, cuius gratia pastores ad Christi conspectum admissi fuere ab angelis moniti? Non tot floribus ager enitescit, non tot sideribus cælum, quot eximijs, præstantissimisque uirtutibus euangelica lex referta est. Hac igitur aspirare oportet, si quis cælestem affectat gloriam, in hac acquiescendum, ut quietam uitam ducat, & tranquillam: hæc noctu diuq; meditari oportet, ut inania omnia ex animo excidant. Hæc ducem sequi fas est, ut improbi hostis insidias uitare possit. Huius legis CHRISTVS est conditor, & instructor: CHRISTO duce quis à recta aberrabit uia? CHRISTO nauis nostræ clauum tenente, quis æternæ uitæ portum non assequatur? CHRISTO nostrarum arūnarum, & itinerum & comite & socio quis formidabit? CHRISTO nostri certaminis imperatore, quis de uictoria desperabit? CHRISTVM nemo sequitur, qui non facile optata assequatur, nemo in aduersis orat quin exoret, nemo in secundis ueneratur, qui sua non confirmet, nemo implorat qui ei non respondeat, Christi clementiæ nemo se, suaq; commendat, quin is celerime opem ferat. Huius imperio paret nemo, quin ab eo tanquam minificentissimo principe omnia cumulatissime accipiat. O præstantissimū ducem. O legem præclarissimam, sanctissimamq; sine te quid esset hominum uita? Sine corpore umbra, corpus anima destitutum, anima ratione carēs ratio denique diuinæ expers gratiæ. Maximas & præclaras res esse cæteri existimant diuitias, opes, dignitates, honores, corporis firmam habitudinem, formam, uoluptates. Nos uero Euangelicam legem sectabimur: docet enim hæc quæ nam est hominis summa felicitas. Deum imprimis colere, & CHRISTVM eius filium humani generis patronum clementissimum cuius patrocinio quicumque utitur, omnia assequitur. Hæc locum, æque ac te ipsum diligere iubet. Quid enim putatis euangelicam legem esse, & iuxta eius præscripta facere, nisi bene, quiete, & feliciter uiuere? Hæc flos est uirtutum omnium, omnium bonorum aceruus uberrimus, omnium sacrorum, quibus gratia cõfertur thesaurus locupletissimus, Sol tenebrarum omnium fugator, uitæ speculum, ad cuius formam omnes nostræ actiones sunt componendæ, sicut à Deo gratiam inire possimus, Daemonum terror, hominum tutela, ferrea porta orci claudens ostia, excelsa scala, qua in cælum scanditur, humanarum affectionum mundities, Dei & hominis firmissimum vinculum. Non eijcit diuites, allicit pauperes, consolatur afflictos, monet in secundis, in aduersis perfugiu præbet, omnibus beatā uitā pollicetur. Tantæ & tã præclaræ legis si quis se nobis fidum, ac ueracem præstat interpretem, quo eum honore afficiendum putabimus? qua beneuolentia complectendum? Equidem sic statuo nihil melius hominum generi contingere posse & hisce tam miseris temporibus præsertim, cum prauæ impiorum hæreses piæ animas à uero Christiana, & sanctæ Romanæ ecclesiæ cultu ad innumera scelera, & ad inuensas sententias deturbare conantur, quam piū fidumq; doctorem, qui abdita fidei arcana, qui sanctissima christianæ Reipub. dogmata uere, & syncere possit explicare. Hod in numero permultos summa doctrina, & singulari uitæ integritate hoc tempore existere scimus omnes.

Nam præter cæteros admodum celebres sunt CORNELIVS MVSSVS Bitontinus antistes, FRANCISCHINVS, GABRIEL FLAMMA, DON HIPPOLYTUS CARACCIOLVS, IOANNES VOLLARVS, ALEXANDER HEBRAEVS, FRANCISCVS PANICAROLA, ALONSVS LVPVS. Christianæ orthodoxæq; fidei patroni integerrimi, & euangelicæ legis interpretes acutissimi. Omnibus tamen unus ALPHONSVS SALMERONVS, & plurimarum, maximarumq; rerum cognitione, & plurium linguarum eruditione, & omnium optimarum disciplinarum encyclopædia longe antecellit. Hunc Summi Pontifices, cæteri; Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Antistites præstantissimi, cum de beatæ uitæ arcanis uerba faceret, de Deo, de CHRISTO, de Almo spiritu, de Virgine Sanctissima, de Apostolatu, de Sacramentis, de Charitate, de Fide, de Euangelica lege, quam attente audiuerit, audiantq; quotidie? quam omnes admirantur? quam innumeris laudibus eius dicendi præstantiam, doctrinamq; extollunt? Nemo est, qui non fateatur, hunc in Ecclesia hodie nobis plurimum disciplinarum notitia referre Augustinum, linguarum peritia Hieronymum, dicendi facultate Chrysostomum, uite integritate Hilarium. Quis tot, tantaq; quæ in eo nitent uirtutes, oratione sua digne unquam recensere poterit? Sunt in eo omnes admirabiles, quæ iam ei optatam peperere immortalitatem. Prætereosumnam eius in profiganis nefarijs hæreticorum sententijs solertiam, quam sacræ eius conciones antea in plurimis, & maximis Europæ Ciuitatibus habitæ clarissime testatæ sunt, nunc denique eiusdem præclara scripta testantur. Prætereos innumerabiles labores, quos in enodandis sacræ pagine difficultibus sententijs assidue sumit. Faceo pietatem, singularemq; charitatem, quæ semper ciues nostros præcipue est prosecutus. Illud uerò quàm laudabile? quàm admirabile? quanto honore dignum censeri oportet, quod lacri illius Collegij, quod à IESV nomen habet, auctor & Instaurator, & amplificator ferè primus extitit, unde tanquam ex perenni, uberrimoque fonte quot bonorum non riuus, sed flumina in Ciuitatem nostram, & in omnes, atque etiam ultimas orbis terrarum regiones proficis incognitas quotidie effluunt, sentiuntq; ij, qui illac diuinorum officiorum, & doctrine gratia assidue commeant. Neque enim negari potest Christianæ pietatis plurima, & maxima munera, & omnium optimarum artium fructus in Collegio illo sanctissimo, & religionis præcipue obseruâtissimo existere, & cæteris omnibus à pijs & doctissimis illis patribus benignissime impertiri ALPHONSO SALMERONE magistro, auctore, & duce. Si qua labes Academici nestros animos inficit, si qua ambiguitas mentem occupat, si qua perturbatio tumultum parit, si quis fatanicus fomes corporeos sensus incendit, hoc sacrum aditè collegium. Nullibi enim præsentius remedium inueniri potest, nullibi morbus ad salutem citius cõuerti, quàm in celeberrimo nostræ urbis templo illo, ubi tot præstantes CHRISTI nuntij fidelissimi que euangelicæ legis interpretes degunt, ubi tot felices animi, tot piæ mentes assiduas pro Christiano populo preces fundunt, qui omnem caliginem, omneq; labem ex hominum mentibus extrudunt. Ibi quotidie licet audire patres complures, omnibus optimis artibus imbutos, quorum uita, & doctrina nihil purius, nihil excultius esse potest. Nihil habet Poesis tam fabulosum, quod in huius almi Collegij gymnasio non explicetur. Nihil tam abditum est in Philosophia, quod ibi non referetur, nihil tam in Theologia arcanum, quod ibi per patres illos eloquentissimos, & sanctissimos non omnibus benigne impertiatur. Felix, & nimium felix Neapolis, quæ tam præclari Collegij & doctrina, & precibus, & exemplis sustentaris, Felix ter, & quater, quæ SALMERONIS sacris concionibus quotidie fruatur. Deo enim Optimi Maximi benignitate hunc tanquam diuinum numen, tibi atq; tui esse datum, ut talis magistri uoce instructa, quæ uere agenda sunt, facillime nosceres;

nosceres; Quid enim esses Parthenope. (Scio te id semper prædicare) nisi ad tuos ciues instruendos SALMERO accessisset? Quid, nisi huic sacro cæteri ipse præfuisse? Quot labores? quot uigilias indefessus iste uir pro tua incolumitate quotidie sustinuit, sustinetq;? Quot bona per huius aduentum ad tuas aedes importata sunt? Audi ui Academici à patre meo, tum à cæteris maioribus illius sacri Collegij uiris studio sissimis, nostros ciues raro ad Eucharistiæ sanctissimum Sacramentum accedere solitos antea fuisse, nisi quantum ab Ecclesia compellebantur, At post uenerandi huius chori, eiusq; ducis aduentum (ò bone Iesu) quam crebro? quàm pie? quàm hilare, Christi mensa aditur? quanta ciuium frequentia? quato cæterorum cõkursu? quato omnium studio, & animi ardore? Neque propter hoc solum SALMERONI nostra ciuitas debet, sed quod cæteris sacri Collegijs ad eadem peragenda maximo fuit incitamento, in quorum templis cælestis ille panis non solum festis, sed etiam profestis diebus pijs animis benigne, pieq; frangitur. O præclarum opus, ò nunquam satis digne laudatum munus, ò admirabile humanæ salutis præsidium. Precamini igitur Academici tam præstanti, tam docto, tam conspicuo sanctitate uiro, uobis nostræ & ornamento, ac præsidio, prosperam æquabilemque fortunam, dignitates omnes, uitam diurnam, ut quæ concionibus, & lectionibus docuit, eadem, & alia multa tanto uiro digna memoria prodant, ut quod præsentibus audiuerit, audiuntque assidue, eius posteriq; participes esse possint. Haurite crebro ex eius perennibus fontibus, qui omnibus benignissime patent, non solum quæ ad omnium optimarum disciplinarum studia pertinent, sed quæ ad Euangelicam legem & percipiendam, & seruandam præcipue conferunt. Si quis enim eruditionem cupit, Salmerone doctiorem inueniet neminem. Si quis dicendi suauitatem: nihil est illo uiro suauius, cuius ex ore melle dulcior fuit oratio. Si quis rerum abditarum mysteria, nullius penum Salmeronis Thesauri conferri potest. Si quis beneuolendi præcepta, nemo id copiosius præstare potest, quam uir iste doctissimus, qui clarissimis, & cuiq; rei accommodatis abundat exemplis. Expetunt alij hortationes. Quis illo cæteros ad uirtutem hortatur ardentius? Probant alij obiurgationes; Quis illo à uitijs acris reuocat? Affectant alij consolationes, quis illo marorem leuare potest mitius consolando? Capiuntur alij laudibus. Quis illo quæ laudanda sunt, laudibus prolequi solet ornatus? Delectantur alij rerum & uerborum copia. Quis illo magis præstat aut sententiarum grauitate, aut orationis ubertate? Nihil enim est tam præclarum, tam in disciplinis abditum, nihil tam admirabile, aut tam magnificum, nihil tam cognitum, & auditu iucundum, nihil tam bene uiuendi rationi consentaneum, quod uni Salmeroni non exploratum sit, & perfecte cognitum. Hoc denique uitæ exemplar uobis proponite, hoc lumen intuemini, ut quid credendum, quid sperandum, quid amandum sit, non ignoretis, tum quæ sunt ueræ pietatis, iustitiæ, temperantiæ, humilitatis, patientiæ, ac charitatis officia, ut hoc duce qui non solum uerbis, sed exemplo suo plurimum præstat, & huius almi Collegij precibus non solum uera hic scire possitis, sed etiam post suprema fata una cum ipsis æterno Deo frui, eiq; filio CHRISTO Euangelicæ legis datore sapientissimo, & Almo spiritu quibus semper laus, honor, & gloria in sæcula.

Amen.

ACADEMICA
DE DIVINI AMORIS ET PATRVM
THEATINORVM LAVDIBVS.

ORATIO III.

HABITA EST A CLAVDIO CAPPASANCTA
IOAN. VINCENTII PATRICII AC
IVRIS CONSVLTI INTEGERRIMI F.



I quis vastum maris aequor Hyeme maxima nauigare constituit, cum hor-
rifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues cum turbidus attollitur mo-
tus, & agitatio fluctuum, cum aduersa flammum uiget concertatio, tum
Scyllæ, atq; Charybdis, tum Acrocerauniorum, ac Syrtium, tum deniq;
Cycloptum, & harpyiarum recordatio subit. Quamobrem undarum fremitum, acce-
dentis, & recedentis ætus uim, uentorum rabiem, scopulos naufragijs infames, pi-
ratarum incursiones, marinarum belluarum impetus, magnas tempestates, & procel-
las sibi esse adendas animo uolens, & si robur, & es triplex circa pectus adest, si-
stet tamem gradum timore concussus, mente consternatus, tot, tantorumq; periculo-
rum memoria agitatus. Neq; enim uitam, mercesq; tam truci belluæ ullo unquam te-
pore tuto se commissurum putat. At uix dum sedatis fluctibus, & tempestate iam cõ-
mutata, cum primum lenis in altum Zephyrus uocat, carbasa complens, tot, tan-
torumq; malorum oblitus, minaces procellas, maris fauitem, Aquilonis minas, la-
tronum rapinas, Cyclopeaq; saxa non amplius animo repetens, lucri cupiditate insti-
gatus fragilem conscendere ratem non reformidat; sed hilaris longum iter ingredi-
tur. Dijs annuentibus, portus, ac salutis spe comite, diuitiarum, quas uehementer
expetit, cupiditate duce, ad quam tanquam ad Cynosuram totam mentis aciem cõ-
uertit. Haud secus immensum hoc amoris fretum cum trajcere constituissem, sen-
tio mihi contigisse. De terrebant me primum ab incepto sollicitudinum, ac suspirio-
rum aspectus, tum uehementes lacrymarum, gemituumq; procellæ, quæ Cupidinis
pelago semper incumbunt. Exanimabat me furor ille, ac irarum æstas, qui animum
huc, illuc impellens mentis uires omni Scylla, atq; Charybdi infelicitis lacerat. Cõ-
mouebant me uehementer iniuriæ, suspitiones, inimicitia, bella, cæteraq; amoris
uicia Syrtibus magis æstuantia, quæ omnes animi affectiones miserrime concutiunt,
quarum rerum recordatione adeo hærebam, adeo pendebam animi, ut quod me uer-
terem, non haberem. Neq; enim temere tantum fretum, & tam periculosum ingre-
di parabam. At cum primum diuini amoris Zephyrus mentis, uela intendit, pertur-
bationum omnium memoria excussa, desectisq; omnibus formidinis nubibus ad in-
stitutum iter peragendum animum addidit. Amor ipse in nauis charchesio insidens
maximarum laudum monstrat uiam, bonorum omnium, quorum est largitor mani-
festissimus sidera speculatur, ad gloriæ spem tanquam ad cynosurâ cupiditatis mæ-
nauem dirigit. Quæ omnia mihi animo proponens de amoris laudibus dicturus opta-
tum salutis portum turgidis uelis non despero esse me celerrime subiturum. Tu amor
sanctissime omnium animi perturbationum, & procellarum moderator prudentissi-
me audacibus aspira inceptis. Tu qui obscura illustras, tristitia exhilaras, grauias le-
uas, dubia explicas. Tu qui discordes elementorum formas arctissimo uinculo con-
tines, qui caelestium corporum motione temperas, qui supera cum inferis, & paria
inter se mutua beneuolentia connectis. Tu qui rerum omnium clauis geris, qui om-
nia in uitam reuocas, reuera dura mentis mæ claustra, animi tenebras pelle, discor-
des

des affectionum motus tempera, de tuis laudibus dicturo rerum pondus suggere, &
orationis uenustatem, da facilem cursum. Indica salutis portum. Nihil non mihi spe-
randum te auspice, te itinerum, & laborum meorum comite, atque duce. Nam (ut
hinc exordium capiam) quis est, qui admiranda hæc summi, & sapientissimi rerum
opificis opera circumspectans, ut tam discordes rerum formæ arctissimo inter se am-
icitia uinculo teneantur, ut supera cum inferis optime consentiant, ut grauias in me-
dium locum ferri semper expetant, ut leuia ad superas oras celerrime attollantur,
ut omnia aliquid assidue ex se promant naturæ impulsu, nõ facile uideat uim quandã
in omnibus naturis esse insitam, quæ tanquam spiritus, & mens magnos insula per ar-
tus, tantas moles & benigne sustentet, & prudenter moderetur? Neque enim teme-
re ueteres illi sapientes uiri mundum cuius complexu omnia continentur, immensum
animalis instar habere uidentur existimasse, menteq; præditum esse, quæ omnia gu-
bernet, foueat, & regat. Vnde ipsius uniuersi miro ordine, summaque arte compo-
si naturam non solum artificiosam existimauit Zeno, sed plane artificem, consultricem
& prouidam utilitatum, opportunitatumq; omnium, rationeq; quadam per omnia
diffusa regi, animaq; minime carere, alioqui ex se non posset animantem, compotemq;
rationis procreare. Vim hanc per omnia comitantem, omnia seruante quid aliud
esse putabimus, nisi amorem magnum illud numen, cuius uirtute, uniuersa hæc ope-
ra administrantur, atq; seruantur? Videmus terræ glebas ex totius terræ globi mo-
le aulcas, & impetu aliquo sursum iactatas in terram rursus magno conatu decidere,
ut cum toto copulentur. itemq; & lapides in aere concretos in terram uelocissime
deferri, flumina quoque, & aquas alias, quæcunq; in terræ uisceribus ex uapore ortu
habent, cuius aquea natura est, in mare, hoc est, in aqua propriam sedem quam expe-
ditissime demigrare, neque alibi ne horæ quidem momento posse consistere. Atque
hec non aliunde proficisci putandum est, nisi ex amoris impulsu, quo quælibet pars
ad totum, tanquam ad speciem suam redire cogitur, & cum ea copulari. Eos quoq;
anhelitus, qui in terræ cauernis consistunt, & qui cum fluere incipiunt, uenti appellan-
tur, cum uerò se in nubem induerint, eiusq; tenuissimam quamque partem caperint
diuidere; atque disrumpere, idque crebrius facere, & uehementius tunc fulgura, &
tonitrua, cum nubium conficta ardores expressi se emisserint, fulmina dicuntur, quæ
uis in sublimem locum compellit? Quæ ignem hunc, qui apud nos in terræ facie ali-
tur, nisi amor ille, quo quæcunq; existunt, ad formam suam, ac sedem, ubi quiesce-
re possunt, deferuntur? Imensos calororum orbis, qui assiduo rotatu circa terrarum
orbem agitantur tanta æquabilitate motus, quantam uix animo cõcipere possumus,
tanta solis, lunæ, siderum distinctione præditos, tanta uarietate, tanta pulchritudi-
ne, tanto rerum ordine, quarum omnium aspectus est incundissimus, an non caelesti
illa ui atq; diuina, quem amorem appellant, circa primum principium moneri existi-
mare debemus, & circa rerum omnium fontem, cuius nutu omnia administrantur?
Ipsa quoque animalia, quæ res facit ut tantopere se, uitam, corpusq; tueantur, cõ-prim-
mum orta sunt, & ad ea, quæ sunt conseruantia sui status deligenda incumbant, ea ue-
rò, quæ interitum afferre uideantur, declinent, nisi amor, cuius uiribus, quæcunq; gignun-
tur in terris, mutuo quodam uinculo coerceri, & ad sui opificem conuerti uideamus?
Recte Hesiodus cum Parmenide, & Orpheus cum Mercurio amorem antiquissimum,
se ipso perfectum, consultissimumq; esse censuere. Antiquitatem indicat eius ortus,
cum unã cum mundo in luminis auras prodierit. Perfectionem eius actio, cum om-
nia perficiat, eoque ad Deum Opt. Max. tanquam ad supremum bonum conuertat. Sapi-
entiam denique illud monstrat, quod eius beneficio quæ ad Deum conuerfa sunt,
quauis obscura maximo eiusdem splendore illustrantur. Quod ut clarius percipi pos-
sit, attendite Academici, ut facitis. Deum Platonicum tanquam centrum in circulo se
habere

habere arbitrati sunt, cum is omnia compleat unus, simplex, atque immobilis, cetera uero cum multa sint composita, atque mobilia tanquam lineas ab eo manare, & in ipsum recidere, seq; pro uiribus undiq; in ipsum circumagere. Atq; ut centrum ubiq; in lineis, & in toto circulo reperitur: summoq; suo apice singulæ lineæ medium orbis punctum attingunt: ita Deum omnium centrum (est enim unitas simplicissima, actusq; purissimus) sese uniuersis infere, neq; eam ob causam solum, quod cunctis rebus adsit; sed etiam quia omnibus à se creatis partem aliquam, uel intimam potestiam simplicissimam indidit; ac præstantissimam, quæ rerum unitas appellatur, unde tanquam à centro rei cuiusque partes, & potestates reliquæ ducuntur, & ad quam tãquam ad centrum referuntur, & spectant. Neq; alterius hoc opus est, nisi amoris, ut omnia ad suum opificem incredibili charitate deuincta conuertantur, conuersaq; ab eo lumen suscipiant, absolutam, perfectamq; formam. Magnum, & admirabile nomen amor est, qui rebus omnibus insitus per cuncta diffunditur, & cuius uiribus efficitur, ut supera, infera, media mutuo quodam uinculo, & quasi cognatione inter se teneantur. Neque enim quisquam est, cui perspicuum non sit, supera ut agentes causas diligere infera hæc tanquam opera, effectusque, suas ueluti partes, & imagines: inferiora uero filiorum more superiora illa tanquam progenitores amore proficere, ac uenerari: media denique inter se tanquam amantissimos fratres maximo charitatis nodo deuinciri, singula quoque sibi optima sepe expetere, & pro uiribus se ipsa tueri, & conseruare. Quibus de causis quatuor amoris genera philosophos statuisse comperio, prouidentia in superis, conuersionis in inferis, communionis in partibus, conseruationis in singulis. Illud quoque præcipuum amoris munus existere quis non uidet? Quid enim in uniuersa hac rerum natura gigneretur? quid seruaretur? Quæ artes, aut disciplinae in hominum uita exercerentur nisi amoris stimulus ad hæc peragenda hominum animos instigaret? unde non immerito censent illi, qui asserunt amorem non solum rerum omnium effectorem, ac seruatorem existere, sed etiam omnium disciplinarum, & artium magistrum, & dominum. Nam cum omnia uitam expetant, eaque diutissime frui, cumq; hoc per se ipsa assequi minime posse intelligat, (orta enim occidere necesse est) ad remedium aliquod confugere oportuit, ut huic malo occurrere potuisset, datus est propagandæ sobolis appetitus à summo rerum opifice, unde effectum est, ut herbae, arboresq; sui seminis proferendi studio ducta germina sibi similia gignant, ceteræ quoque animantes tam rationis expertes, quam illæ, quæ ratione ducuntur eidem cupiditatis illecebris instigata ad sibi similia procreanda natura duce instigentur, & compellantur, quarum rerum si amor effectus est earundem & seruatorem existimare fas est, cum eiusdem & efficere, & seruare munus esse uideatur. Hic uita amor uehementem illam parit beneuolentiam, ac charitatem, qua parentes suos liberos proficuntur, cum per illos arbitrentur, sperentq; se diu etiam post funera posse uiuere, omnium uero artium & disciplinarum studia uni amori tribuenda esse, ex eo conijcere licet, quod nemo artem aliquam aut inuenire, aut discere potuisset unquam, nisi eum inuestigationis oblectatio, aut inueniendi cupiditas ad id peragendum adhortata esset. Neq; quisquam aut ad alios erudendos animum induxerit, neque à præceptore aliquo quisquam libenter quæ ignorat, percipere expetuerit, nisi eorum mentes amor accenderit. Quod si longius libet spaziari, Artes ipsæ, optimæq; disciplinae omnes quid querunt? quid in oculis habent? quid expetunt, nisi amorem? Ex singulis hoc facile cognosci potest. Inquiri Grammaticæ congruam, aptamque nominum & uerborum, cæterarumq; orationis partium connexionem. Rhetoricæ suadendi uim suggerit, atque id nihil est aliud, nisi beneuolentiam in auditorum animis conciliare. Indagat Dialecticæ propositionum structuram, quem syllogismum appellant, Arithmetice numerorum Symmetriam,

Musice

Musice uocum concentum, Geometria terræ, marisq; dimensionem, quæ omnia amoris opera sunt. Inest sideribus, & elementis suus amor, quarum rerum indagatio, atq; Inuestigatio Astrologiæ, & Philosophiæ tribuitur, quam (ut uox ipsa indicat) nihil aliud esse scimus, nisi sapientiæ studium, atq; amorem. Quid est aeris grata temperies? quid aquæ tranquillitas? Quid terræ ubertas? nisi amor: atq; hæc querit agricultura. Quid hominum sanitas? nisi humorum matris beneuolentia, quam medicina medatur. Virtutes ipsas quid aliud esse censebimus, nisi bene ordinatum amorem? Quid prudentia est, nisi rerum expetendarum delectus, & amor? Quid Iustitia, cuius uirtutis splendor est maximus, & ex qua boni uiri appellatio fluxit, quid hæc (inquam) molitur, nisi mutuum inter omnes amorem? Quid Fortitudo exercet, nisi laborum, & periculorum tollerantiam pro patria, pro parentibus, pro liberis, cæterisq; quos caros habemus studiose, atq; diligentissime amplectendam? Quid temperantia, nisi dictorum factorumq; ordinem, modum, atq; constantiam? Omnibus igitur rebus, omnibus artibus, & disciplinis, atq; uirtutibus insitus amor est, omnia uincit amor (ut ait poeta) quod is omnium rerum uinculum est, omnium bonarum artium dux, & moderator sapientissimus. Quid unquam laude dignum quispiam exegerit, nisi amoris stimulis incitatus? Themistoclem nocte in publico ambulasse ferunt Miltiadis Trophæorum gloria accensum (uidete quanti sit amor) somnum, quem naturæ imperium inuehit, laudum, & gloriæ cupiditas ex illius uiri oculis auertebat. Cui non audita sunt Demosthenis uigiliae, qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana nictus esset, industria? Philosphiæ tot nobilissimi proceres, quomodo in suis studijs tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent? Vltimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Apollonium accepimus, (ubi enim quid esset, quod disci posset, eo ueniendum iudicauerant) neq; alia de causa, nisi summa sciendi cupiditate inflammatos. Plato quoq; præterquam quod ut, quæ ignorabat, accepisset, Aegyptum peragravit, ubi permulta ad Astrologiam, & ad Geometriam pertinentia ab eius regionis sacerdotibus didicit, iam ferè moriens altero, & octogesimo anno a scribendo non destitit, cum Sophronis numerus sub capite habuisse feratur. Quæ res Carneadem, cum discumberet, manum ad mensam porrigere, ut obliuisceretur, compellebat, nisi incredibilis uera inuestigandi cupiditas? Quali quoq; studio Anaxagoram flagrasse putabimus, qui cum post diuinam peregrinationem patriam repetisset, possessioneq; desertas uidisset, non essem (inquit) ego saluus nisi ista perisissent. Cleanthem quoq; legimus, (ò miram amoris uim) nocturno tempore aquam è puteo extraxisse, ut de die philosophiæ operam nauare potuisset. Et Aeginetam illum iuuenem Socratis disciplinæ amore accensum noctu Athenas aduersus Atheniensium edicta muliebri indutum uestimento clam ad nauigare solitum fuisse, ut quæ cupiebat, à philosopho illius ætatis præstantissimo perciperet. Quam clare idem ostendit sapientissimis ille Græciæ legislator Solon, qui supremo uitæ die assidentibus amicis, & quadam de re sermonem inter se conferentibus, satis iam pressum caput erexit, cumq; ex eo peteretur, cur id faceret, respondisse fertur, ut cum istud quidquid est, de quo disputatis, percepero, moriar. O admirabile amoris potentiam, ò præclarum optimarum artium incitamentum, ò indagandæ ueritatis lumen clarissimum. Quamobrem iure optimo Amorem ignis nomine plerunque ueteres expressere, & poetæ ipsi huius uim maximam explicandi gratia in cupidinis manu modo faculam, modò fulmen effinxere. Nam haud secus inter cæteras animi affectiones pollet amor (primum enim inter eas sibi locum uendicat) atq; ignis cæteris præstat elementis sublimem sedem nactus. Et ut nulla uniuersa pars est, quæ igne non foueatur, sic nulla res, nulla corporis pars amore est destituta: summa semper petit ignis, amori nihil arduum, nihil difficile, nihil periculosum existere potest.

re potest, excitat igneus vigor corporis spiritus, animi vires ad præclara peragenda amor incendit. Obscura igneum lumen illustrat, uirtutis amor humiles, & obscuro loco natos homines ad dignitates, & ad maximos prouehit honores. Quæ frigida sũt calida reddit ignis, amor inertia quoq; pectora accendit earum rerum cupiditate, quæ in uita cuiq; sunt expetenda. Viuida sèper est ignea uirtus, urit, incendit quæcunq; attigerit: amoris uis etiam desides excitat animos, maioresq; ad rem gerendam facit uiuido quodam eos complens ardore. Adhuc pollet ille in agendo celeritate ingenit: nec minus hic mentem ad ea, quæ peragenda sunt, celerrime concitat. Nihil tam hominis naturæ accommodatum est, quam ignis, ut quo solus animantium utatur, clarissimo immortalitatis argumento, & sine quo nulla fere ars suo munere apte fungi potest. Ita nihil esse potest in homine dulcius, nihil suauius quàm amor, quo subla to nulla esset hominũ uita. Cogit similia ignis, disparia discit, sic simile simili amicum amoris uiribus efficitur. Neq; enim inter eos qui moribus dissimiles sunt, amor ullus existere potest. Subiectæ rei medallas penetrat ignis, eaq; in ignem conuertit, Sic amor animum incensum in sui naturam deducit, totumq; amorem reddit. Steriles agros ignis efficit ubertate insignes, amor humana pectora multarum uirtutum claritate fecundat. Ignem deferenti eius splendor in tenebris animum addit: ita animus in huius uitæ tenebris amore illustratus ad præclaras res agendas audacior efficitur. Refert omnia ignis, neq; ei quicquam clausum esse potest, sic amori nihil est occultum, sic ei etiam durissima cordis claustra cedunt. Ac ne plura. Per multa enim in hanc sententiam a me possent afferri, duplex ignis motus est, uel rectus, uel in orbẽ (& si alter ei proprius, alter uerò extrinsecus contingit) ita duplex est amoris agitatio, uel enim ad diuina contemplanda, & amanda animum rapit, uel ad socij, & ad sui ipsius caritatem conuertit. At etiam si quis recte amoris vires expenderit, eum igne multo magis pollere facile inueniet, incendit enim ignis quæ proxime attigerit amor etiam longissima perit. Quid enim tam longinquum, tam remotum esse potest, quod amor non perueniat? Quid tam durum, quod amor non penetrèt? Quid tam arduum quod amor non assequatur? Quid tam obscurum, quod amor nõ illustret? O præclarissimum naturæ ornamentum. O cunctarum rerum firmissimum præsidium. Quis innumera tua dona, ac beneficia, quibus iuuentia, & uitæ expertia omnia solus afficis poterit unquam enumerare? Tu uitæ rerum omnium fons, & origo, tu naturæ reparator, tu formarum custos, tu uniuersi copula, & animantium firmissimum uinculum. Tu beneficis tutor, ac seruator diligens in periculis adiutor, amicitiarum fundator uirtutum largitor, optimarum artium dux, uoluptatum minister es solertissimus. Tu feritatis exterminator, beneuolentiæ auriga prudentissimus, maleuolentiæ expulso, Tu propitius, beneficus, spectandus sapientibus, Dijs placidus, exoptandus expertibus participibus possidendus, atq; seruandus. Tu deliciarum, & gratiarum pater, bonorũ studiosus, malorum spretor acerrimus. Tu in labore, in timore, in desiderio, in omnibus deniq; dictis ac factis gubernator perfectus, custosq; præcipuus. Quamobrem non mirum, si Samii publica gymnasia etiam amori dicata habuerint, eidemq; sacra. Lacedæmones atq; Cretenses peregerint, & si Athenæ urbs celebratissima in media Academia aram dedicarint. Sed inter uarias amoris formas, quas pro rerum, ac subiecto rum ratione plures esse iam constat, eum cæteris antecellere scimus omnes, qui cum ad Deum proxime accedat, diuinãq; contempletur, diuini nomen accepit. Hic ille amor est, quo CHRISTVS præcipit Deum amare oportere, quicumque cælestẽ affectat uiam. Hoc solo ad superos patet aditus. Huic præmia summa debentur. CHRISTVS, qui in amore omnes omnium superauit amores, hunc suo iure toties, & tam studiose exposcit à Petro, huac tam leniter commendauit in pia illa muliere, quæ eius pedes & lacrymis lauit, & capillis abstersit. Nec immeritò amorem

tanta

tanta contentione à nobis efflagitat, qui amore adactus in humilem terram descendit, qui ut hominem ex orci faucibus eriperet, tot tantaq; ab immanissimis hostibus passus est, totiq; tulit opprobria, quæ nemo ferre, illudq; torcular calcauit, quod nemo attingere potuisset. Hic ille amor est, qui cum primum animum attingit, diuitiarum, honorum, dignitatũ, humanæ gloriæ, cæterarumq; rerum, quas alij uehementer expetunt, cupiditates extinguit. Hic paupertatis, laborum, ærumnarum, periculorum, ægritudinum, mortis denique omniumq; malorum, quibus hominum uita misere agitatur, molestas sedat. Ardet hic amor in pij hominis pectore uehementer. Aterna, adeoq; natura præceps existit, ut nullis limitibus contineri, nulla ratione cõpesci, nullo fræno coerceri, nullo denique sine terminari possit. Inter omnes uirtutes quibus CHRISTI sectatores instructos esse decet, diuinus hic amor, cui insigne Charitatis nomen inditum est, præcipuum obtinet locum. Præstat fides lumen, ut iter illud, quod ducit ad CHRISTVM tuti ingrediamur, Spes tanquam fidus Achates nostri itineris perpetuus comes in maximis consolatur, ac confirmat ærumnis, quæ uitam nostri amandiq; circumstant. Cætera uirtutes scutorum instar, & gladiorum tuentur nos aduersus hostes immanissimos: at Charitas robur, uiresque abunde suppeditat, ut Deum amplecti, eodemq; frui in cælesti patria ualeamus. Hæc illa uirtus est, quæ hominem supra hominis statum erigens cum diuinis mentibus, atq; adeo cum Deo ipso collocat. Magna est innocentie pulchitudo, magna sanctitatis tutela magnum penitentiae robur, magna ueritatis firmitas, magna iustitiæ rectitudo, magna pietatis lenitas, magna fidei proceritas, magna spei iucunditas: omnes tamẽ omnium uires, omniaq; munera una Charitas complexa est. Quid igneum illum currũ quo Helias in sublime elatus est, significare putabimus, nisi hanc ardentis charitatis rhedam, qua sanctus ille uir conclusus ad tydera scandit? Quid ignem illum, quẽ iussit Deus in altare semper ardere? Quid igneum lapidem, quo micantia Seraphim prophetarum labia purgabant? Quid euangelicam illam margaritam, cuius emendatæ gratia cætera uendere oportet? Quid oleum illud prædicationis Lychnis infusum? Quid pretiosum illud Mariæ Magdalene unguentum, quod commissis culpis imperat ueniam? nisi charitatem hanc, quæ est certissimum totius uitæ præsidium, ac pulcherrimum humanæ conditionis ornamentum. Hoc quondam amoris igne accẽsi Christianæ Reip. proceres sanctissimi omnibus uitæ commodis contemptis, ut ea quæ uera bona existunt, sibi compararent, Tyrannorum minas, & grauissima contempere supplicia, nihil amore dignum existimantes nisi solum Deum, eiusq; filium hominum causas apud patrem studiose dicentem. Itaq; charitate duce, quæ omnia sustinet, quæ omnia fert, pro fide tutanda nulla incommoda, nullos labores sibi esse subterfugendos, nullos corporis cruciatus sibi reformidandos esse statuẽt, nullis nigilij debilitari, nullis molestijs frangi, nullis deniq; angustijs aut erumnis uinci unquam potuere (præstabat scilicet vires singulare claritatis studium) ut à Christianæ fidei se mita ne latum quidem unguem deflecterent. Itaq; ea tulere præmia, quibus neq; maiora, neq; meliora inueniri, aut excogitari possunt, tot tantisque affecti sunt honoribus, quibus neq; ampliores, quisquã, neq; illustriores unquam tulit. Hoc charitatis ardore accensũ, atq; adeo inflammati tot urbis nostræ ciues honestissimi, equitesq; nobilissimi Apostolorum exempla imitantes, qui relictis retribus, & parentibus CHRISTVM uerum uitæ largitorem, ac humanæ salutis auctorem secuti sunt solo uerbo exciti, posthabitis commodis omnibus, quibus nostra uita aut sustentari, aut frui solet, cum neq; eos tristes lacrymarumq; riuos fundentes patres, ac propinqui, ab incepto possent reuocare D. Pauli Claustro tam audacter, tam hilare, tam pie se abdidere, ut idem nemo maiore studio, maioreq; pietate unquam effecisse sit existimandus. Hi cum spem omnem, omnes curas ac cogitationes omnia denique

bona

bona sua in Deo solo fixerint, ac collocarint, merito THEATINO nomine sunt insignes: iidem humilitatis induti uestem, omniumque uirtutum cumulo onusti tanquam lilia candidissima inter ceteros CHRISTIANAE Reip. flores suauissimas odorum auras spirantes eminere omnium iudicio existimantur. Atque ut columbae purissimae, quae apud fluentia morantes rapacium hostium speculantur insidias, in sacrarum litterarum studiis acquiescunt, diuinoque cultui adeo inuigilant, ut ab eo nulla animi aut corporis requies, nulla alia cura aut auocare, aut retardare possit. Itaque ut in eorum ore semper uigent diuinae preces: ita ipsorum laudes, ac labores, quos sumunt pro ciuium salute tutanda, in omnium ore uersantur. Quam dulcia sunt eorum colloquia? quam omnia suauitate mores refert? Exempla quam honesta? Praecepta quam salutaria? Conciones quam erudita, quam pia? Unde non mirum, si optimus quisque ad horum sacra & claustra se confert, si nulla in aede libentius acquiescit, quam ubi degunt tam felices animi pro populo CHRISTVM adfide rogates. Ardor ille, qui in eorum cordibus residet, cum primum aliquod sui luminis effundit radios, quos in nobis diuini cultus parit amores? cum primum suauis ille uocum concentus se auribus offert, quam celeriter omnium mentes tanquam caelesti musica delinere rapiuntur in caelum? cum primum exterior cultus, sacraque ceremoniae se aperuerint, tanta laetitia exhilarantur omnia animi? quanta uoluptate afficiuntur oculi? His de causis permulti ex nostris Academicis, qui hic antea lumina cum laude militauerunt (reuerentem eos ni uobis essent notissimi) nunc in hac religione sanctissime militant. Quotidieque ex tam perditis moribus, atque adeo ex profusissima corruptae iuuentutis illi iuuue, denique ex saeuis huius maris procellis complures tanquam passeres uenantium laqueis erepti huc se recipiunt ad tutissimum salutis portum. Quid ergo? nos soli otiosi, ac nostrorum malorum immemores ac negligentes hic stabimus, in labore ceteris uitam agentibus? magnanimosque? Duces fortissime aduersus aeternos Christianae Reip. hostes dimicantes tanquam ignaui, ac imbelles milites non sequemur? non imitabimur? Cur assidui non erimus, ubi D. BASILIVS Illustrissimi Lauri regni filii carissimus adolefcens incomparabilis ex alto suggesto admirabili dicendi maiestate, summaque eruditione praeditus abdita illa sacrae paginae euoluit arcana? Et ubi D. IOAN. GALEOTA singulari probitate ac pietate insignis Sanctissima Eucharistiae alimento ciues reficit ubi P. IGNATIVS Pogiolus uita sanctitate illustris omnique liberali doctrina politissimus hominum aberrantium culpas abluat, Deoque Opt. Max. in gratiam restituit? Vbi tam pie Deum precatur D. IOAN. BAP. Tufus. D. FELIX Bardius. D. DOMINICVS Miso. D. ANDREAS Mormilius. D. GREGORIVS Barolitanus. Si quem libidinum aestus exagitat, eum horum restinguet oratio: Si quem honorum, aut pomparum tangit ambitio, eam deprimet horum humilitas: Si cui auaritia labes inheret, eam absterget horum liberalitas: Si quem contra hit oscitantiae, aut inertiae torpedit, eam horum ardor, ac pietas extrudet; Si quem irarum feruor incendit, horum lenitas temperabit: Si quem inuidiae stimulus pungit, eum retundent horum consilia. Sunt hi uirtutum omnium magistri sapientissimi. Elucent enim in ipsis Fidei, Spei, & Charitatis munera haud fecus ac in sanctis Apostolis, Pollet in his humilitatis, paupertatis, obedientiae, mundicie, ac simplicitatis, (libet has uirtutes sanctae Ecclesiae nominibus appellare) admirabilis concors, quo nihil est suauius, nihil praestantius. Hi ut optimi Musici component uocem qua Deo canere oportet. Hi aptabunt manus, quibus pauperibus opem ferre decet. Hi dirigent gressum, quo ad diuina accedere fas est. Hi ut ueri amatores animo accendent eo amore, quo Deum amare iubemur. Quare cum hos uideris, existimate uos uideri tot Bernardos humilitate sublimes, tot Paulos, tot Antonios paupertate insignes, tot Hieronymos, totque Augustinos eruditione, ac uita sanctitate praestan-

praestantes, Tot Franciscos, Tot Bonauenturas charitate accensos. Hos, Hos adite Academici, horum exempla uobis proponite, ab his petenda sunt, quaecumque ad mundanas illecebras fugandas, quae ad libidinum, aut irarum aestus sedandos, quaeque ad diuini amoris formam, modumque pertinent. In hanc religionem abdidit se antea SALVATOR Caracciolas, & archiepiscopatus tulit insignia, quem nisi citamors abstulisset, quod eum pietas euexisset, non ignoratis. In eandem familiam PAVLVS ARETIVS ex Regia curia Senator integerrimus se sponte recepit eodem amore instigatus, & purpurae à PIO V. tulit honores, de cuius uiri Sanctitate silere praestat, quam pauca dicere. Sic & D. BERNARDINVS Traciensis Cardinalis non minus uita sanctitate, quam doctrinae praestantia celebris. Nunc & D. MARCELLVS Maioranus Crotonis Episcopatu gerit tanta uigilantia, & pietate, ut maiorignitate afficiendum omnes praedicent. Enituit inter omnes, ut Pyropus inter geminas IOANNES Venetus tanta integritate, tantaque sanctitate insignis, ut ceteris omnibus uel orem eam caussam longe sit anteponendus. Quamobrem eidem insignibus ceteros decorandos credite, est enim hoc diuini opus amoris. Nam ut ignis cum primum aliquem attigerit, sui uestigia quaedam relinquit: sic amor cui adharet, sui quaedam uestigia in lucem proferat necesse est. Quamobrem optime perspicitis Academicici quantum non solum ciuitas nostra, sed Italia, sed Europa, ac potius totus orbis terrarum debet PAVLO III Pont. Max. Caietano Vicentio equiti ornatissimo, Vincentio Bonifacio pedemontano; Denique Paulo Romano, qui huius sanctissimi Collegij prima fundamenta iecere, ut Sacerdotium in pristinam formam, hoc est, ab Apostolis institutum reuocarent. Adspirauit Deus Opt. Max. pijs eorum uotis: Nam ex eo tempore Christiana religio per hos sanctissimos patres, & inuam recepit nitorem, & praecipuae, ac celeberrimae Italiae urbis eorum iustura amplexae sunt, & incredibili pietate colunt, obseruant, ac uenerantur. Nihil opus est Academici referre, quam pie, quam sancte se gerunt tam uenerandi patres Venetiis, Romae, Mediolani, Paduae, Genuae, Senae, & Bononiae, & quam libenter, quam religiose eorum sanctitatem omnes admirentur, & quam crebro adhorum Sacra undique confluant, quanto studio eorum adfint precibus; quam libenter, quam sedulo eorum pareant consilijs, ac monitis. Neque uero quod tam ad hos colendos uos hortor, à ceterorum sanctissimae ecclesiae alumnorum honore deterre me existimetis. Sunt in urbe nostra D. BENEDICTI a seclae sanctitate, ac integritate uita praestantes, Quorum ora cur macie confecta uideris? dicam ipse: quia amore languent, neque unquam à diuinis laudibus canendis tanquam pertinaces luscinae desistunt. Adfunt & heremicae illi nunquam satis laudati E. V. FEBII Instituti innitentes, quos spinis septos intuemur; At quid hoc? quia quotidie etiam media hyeme suauissimas pariant humilitatis, ac patientiae rosas. hi tanquam solitariae turtures gementes, & sientes pro ciuium salute Deum exorare nunquam desistunt. Quid Oliuetanas Columbas candidissimas referam? Quid Dominicanos Cygnos concionatoresque celeberrimos? Quid Augustinianos? Quid Franciscanos? Quid Carmelitas? compluresque alios? Est enim urbs nostra omni religiosorum hominum genere referta, praecipuum sanctitatis, ac pietatis domicilium, quo iure optimo gloriari fas est, cum religionis, ac fidei rudimenta prima acceperit. Quare si cum his eritis assidui, exploratum omnibus sit, nihil uobis melius posse contingere. Sed cum Theatinis nostris, malo uos praecipue uersari, non solum quia ciues nostri sunt, sed quia fratres, sed quia omni probitate, & humanitate decori, ut quod ipsi sunt, & quanto fulgore apud omnes terrae partes elucescunt, id & uos esse itidemque elucescere possitis. Horum hortatu, & praecipue moniti, horum doctrina instructi, ueri amoris uires cognoscetis, eoque duce ad CHRISTVM uerum, summamque charitatem licebit peruenire, & adulterini furoris insidias uitare. Nostis enim, quam is mendax

quàm fallax, quàm sæuus, quàm immanis sit dominus, idemque quàm uafre imprudentium animos à recta charitatis femita detorqueat, & quàm duris uinculis hominum mentes feueriffime coerceat. Quæ cum Poetæ optime perficerent, ut iuuenum animos, ab eiusmodi peste deterrerent, in Chimæra eius impetum expreffere, illecebras in dulci Sirenum cantu; uires in Medufa homines in saxa mutante, deturbationem à recta lege in Pafiphæa à Minoc legum latore defciffente, infelicè exitum in Circe homines in turpes belluas commutante. Procul, o procul Academici, ab eiusmodi intemperie, cum primum id ueneni ad ueftros animos, (quod Deus auertat) adcefferit, remedium petite tanquam Crefcæ capræ uenenatis fagittis transfixæ dictatum. Tanto malo unum est præfens antipharmacum, unum amuletum aptiffimum, idque est diuinus amor; hic medicus periffimus, qui tanto morbo facile mederi potest. Hic unus est portus, ad quem in sæua libidinum tempeftate est confugiendum. Hæc facra anchora, quæ omnes animi perturbationes firmare potest. Hæc Cynofura, ad quam nostrarum actionum nauigia funt dirigenda. Hic dux fidiffimus, qui ueritatis lumine ad uerum, & finimum bonum hominem ducit. Hunc fi ducem fequemini, nullus uos paupertatis timor exagitabit, nulla diuitiarum folicitabit cupiditas: nulla dignitatem punget ambitio, nullus laborum, aut ærumnarum, quibus uita premitur, afpectus erit formidabilis. Hoc ducæ erunt grauiã leuiã, ardua facilia, afpera lenia, incommoda commoda, amara dulcia; migrabunt dolores in uoluptates, in honores contumeliæ, in lumina tenebræ. Hoc ducæ non fecundæ res uos efferent, aduerfæ non frangent. Nihil erit, quod uos commouere poffit. Hoc nauis clauum tenente tuti per mare uelaha dabitis, tuti ad extremos Garamantas, & indos excurrentis, fiue per Syrtis iter æfluoras facturi, fiue per inhospitalem Caucalum, tuti per saxa, per ignes perumpetis, non rapida flamina, non altiffimi montes, non denfa nemora itinera ueftra poterunt retardare. Amor omnia fperat, omnia uincit, omnia fuperat, amori nihil eft arduum. Agere ergo diuino amore aufpice, quæ in terris uulgò habentur pulchra, dimittenda ftatuite, amoremque ad unum illud, quod uere & folum pulchrum eft, conuertite. Quod fi forte amore aliquo ea digna ftatuitis, id agite ea de cauffa, quod mentes ueftras ad diuinas illas formas poffunt erigere, & ad D E I V M ipfum fummum formarum omnium opificem, in quo omnis amor eft reponendus. Denique ut Sacerdotes cafti Sancta Sanctorum ingreffuri induamini amoris hanc candidam ueftem, Obferuate fimul C H R I S T V M amantem illum, quo nemo ardentius amauit, obferuate inquam, & uim adhibete, ut tanto uos munere impertiat. Excitate & hierarchas iftos noftros, qui cæteris in amore antecellunt, ut Sancti amoris fcintillas à fupmo amatore eliciant, ut eadem noluptate, qua ipfi, uos quoque perfuamini. Scientes uerum pulchrum effe æternum patrem, qui nos fecit, uerum fpeciofum eius filium, qui faluauit, uerum formofum alium Spiritum, qui Sancti amoris lumine incendit: pulchram quoque effe Stelliferam illam fedem, ubi eft immenfum gaudium, ubi dies æternus, ubi felix fuauitas, ubi æterna uita, quam det nobis C H R I S T V S cui imperium, honor, laus, & gloria in fæcula. Amen.

DE LAUDIBVS
V E R A E S A P I E N T I A E
 ET ANNIBALIS CAPVÆ NEAPOLITANI
 ANTISTITIS RELIGIONE, ET SAPIENTIA PRAESTANTISS,

ORATIO V.

HABITA EST A FERDINANDO DENTICE IULII
 CAESARIS Patricij Nobiliff. ac Eruditiff. F.



ANTA Fuit apud ueteres, Academici nobiliffimi, fententiæ illius, **NOSCE TE IPSVM**, uis, atq; auctoritas, ut & fi Chilon Lacedæmonius unus ex feptè, quos Græcia fapientes appellat, eam primus extulerit: tamen ad Deum aliquè potius, quàm ad hominem referri debere exiftimarint. Siquidem quicunq; animi uires in unum colligit, feq; non mortalem effe agnofcit, fed diuina præditum mente, eq; caelefti templo in terras defcendiffe, ut poft bene actam uitam, poftq; multos fuperatos labores ad fuperos redire poffit, ubi fempiterno æuo fruatur, hunc uere fapientem licet appellare. Quamobrem non recte ueteres fenfiffe puto, qui Anaxagoram, Thaletem, Democritum, Pythagoram, compluresq; alios fapientes appellabāt, quod Solis uifas, caeli, fiderumq; meatus, Lunæ labores, omniumq; rerum, quæ in mari, & in terris gignuntur, naturas, ac cauffas, cæteraq; permulta cognitu difficilia, atq; admirabilia optime nofcerent. Nam & fi ex uulgari errore naturæ arcanorum inueftigatores fapientes & habitus, & dicti fuere, hoc tamen nomine minime digni funt habèdi. Erat illa umbratilis quædam notitia, atque fcientia, quam fi cum uulgi cognitione quis conferat, uidebitur illuftris quædam, ac facunda Sapientia: Verum fi quifpiam antèrins inſpexerit, tanto, & tam præclaro nomine indignam effe exiftimabit. Recte Socrates id unum fe fcire afſuebat, quod nihil fciret, cum tamen magnopere experet omnia fcire. Veram nãque Sapientiam eam ftatuere oportet, quæ non modò ad, quod difficillimum eft, docet, fed quæ id, quod ueriffimum eft, & quæ hominem Deo Opt. Max. amiciffimum, atque adeo fimillimum reddit. At hæc eft illa fui apfius cognitio, quam quærimus, & qua nihil melius, nihil præftantius in hominum uita reperiri potest. Hinc humanæ mentis falus ortum habet. Hæc enim fapientia docet hominem diuinum quippiam in fe claudere, idque non à caeli habere natura, non ex fiderum uirtute, quorum uiribus humana hæc conftare uidentur; fed ab æterno Deo, qui immortalis exiftens, immortalitatis participem creatiuit hominem, rerumq; humanarum omnium dominum, Felix, cuius animus eiusmodi fapientiæ lumine illuftratus fui notitiam capit: is enim fimul & Deum nouit, à quo factus eft, & eius filius, qui dicitur Sapientia patris. Quàm præclara illa uox Pauli, qua negabat fe aliud fcire, niſi C H R I S T V M crucifixum. Affeçtabat fcilicet fapientiam illam, cuius cauffa noſtra hæc fufcepta eft oratio. C H R I S T V S, enim uera eft fapientia, cui ortum, uitam, noſtri cognitionem, falutem, omnia denique in homine quæ dicuntur bona, accepta referre decet. Quid antea erat homo, niſi tenebræ, imperitiæ domicilium, orci fabula, ac ludibrium? At C H R I S T I beneficio ex infcitia;

atque ex Acherontis faucibus ereptus diuinarum rerum notitiam capit, denique cum superis, ac immortalibus animis triumphat. Qui CHRISTVM lequitur, is omnia assequitur. Nam si potentiam quarimus, quis CHRISTO potentior? quando eius virtute auribus, & oculis capti optimam audiendi, & videndi facultatem assequerentur, curabant claudi, mortui reuocabantur in uitam. Si fortitudinem, quis fortior CHRISTO, qui mortem morte profligauit, ut qui in domino moriantur, beata uita non dubitent esse se fruituros? Si Prouidentiam, quis perspicacior CHRISTO, qui tacitos hominum recessus penetrabat? qui rogare uolentibus benigne occurrebat? qui futura multo ante, & prouideret, & predicere solebat? Si frugalitatem, quis continentior? quis pauperior CHRISTO? qui cum omnia posset, rebusque omnibus dominaretur: nihil tamen habere uoluit, neque ubi caput committeret suum. Si humilitatem, quis lenior, quis demissior CHRISTO, quem comitabantur piscatores, & ex cuius latere nunquam recedebat ignobilis turba, & a quo neque publicani, neque facinorosi uiri respuebantur? Si pietatem, quis clementior CHRISTO, qui non solum meretrices, sed etiam latrones in uiam redactos celesti uita impertiebat? Si benignitatem, quis liberalior? quis munificentior? qui proprium sanguinem, qui uitam ipsam pro humani generis salute profudit? Si denique sapientiam, quis praestantior CHRISTO, si sapientiae nomine is solus insignis existit? O felix sapientia, o uera sapientia. Fuere in alijs aliqua uirtutes, CHRISTVS uero uirtutum omnium rectissima est norma, ac singulare exemplar. in eum intueri oportet, qui sapientiae lumen assequi magnopere expetit. Sapientes censendi sunt Magi, qui nullis itineribus retardari, nullisque laboribus frangi, potuerunt, ut CHRISTVM inuenirent. Sapientes piscatores qui relictis retibus, ac parentibus CHRISTI uestigia sunt infecuti. Sapientes publicani, qui pecunijs possibilibus, CHRISTVM sibi lucrati sunt. Sapientes meretrices, quae uoluptatum illecebris contemptis, CHRISTO omnis suauitatis, ac dulcedinis auctori adhaesere. Sapientes Latrones, qui praedis abiectis CHRISTVM sibi auarissime rapuere. Valeat igitur antiquitas cum suis Gymnosophistis, quos admirabatur, quod uni uestigio innixi a solis ortu ad occasum Philosophiae & patientiae studia profitebantur. Valeat Aegyptus cum suis Sacerdotibus, quos adeo in Mathematicis disciplinis putabat excellere, ut cuncta ad eos non dubitaret referenda. Valeat Graecia cum suis Sapientibus, quos aequae ac Deos uenerabatur, ut uiridis in omni disciplinarum genere praestantes. Valeat Gallia cum suis Druidis, quibus tantum tribuebat, ut ad eos non solum sacerdotiorum procuratio, sed etiam adolescentium disciplina, quaestionumque iudicia, praemiorum, ac panarum distributio pertineret. CHRISTVS uerus est Gymnosophista, qui Crucis uestigio alte innixus ostendit supernae uitae contemplationem, CHRISTVS uerus Sacerdos, qui certis ac uerissimis disciplinis rerum omnium modum partium conuenientiam, unde actionum Symmetria oritur, clarissime ostendit. CHRISTVS est optimus totius orbis magister, qui certis rationibus, ac regulis docet, sed praesertim exemplo confirmat, quid rectum, simplex, sincerumque sit, quid agendum, quid ue in una quaque re fugiendum. CHRISTVS est ille Galliae Druida, unde uera est religionis ratio, tum uitae examen, denique praemiorum, & panarum erogatio pendet pro personarum dignitate. Adamum sacrae litterae praedicant sapientissimum, Nam a praestantissimo architecto perfectum, omnibusque numeris absolutum hominem arbitrari licet fuisse formatum. Eius sapientiam clarissime indicant nomina rebus omnibus, rite, imposita, belluarumque naturae maxime accommodata. Nam cum nomen rei naturam proxime debeat exprimere, non cuiusuis est, ut docet Plato, appellationem imponere, sed eius tantum, cui rerum natu-

ra, atque uis optime fuerit cognita, atque perfecta. CHRISTVM uerum Adamu existimabimus, ex VIRGINE sine humana ope formatum, Dei omnipotentis unigenitum, ac patri coaeternum, qui rebus omnibus naturas, uiresque suppeditauit, ex quo hominum salus, uita, atque eruditio ortum duxit. Celebris est & Iosippus ille, quod somnia interpretaretur, cuius rei gratia ab Aegyptiorum rege annona praefectus est, ut hominum futurae fami prospicere posset, unde effectus est, ut ei se fratres libentissime submitterent eius singularem admirati prudentiam. CHRISTVS est Iosippus ille futurorum praescius, qui singulari, eximiaque doctrina omnes Idololatriae tenebras expulit, qui ueri cultus cupidis animis & corpus & animam dedit, & quem ob incredibilem pietatem ad Patris dexteram sedentem, hoc est, pari praeditum potestate, totis orbis suspicit, & ueneratur. Moseri omni Aegyptiorum Sapientia instructum eadem sacrae testantur litterae; sed ad profanam sapientiam diuinum lumen accessit, cuius beneficio populum multitudine innumerabilem Tyranni imperio incolumem praestitit, & quadraginta annis in uasta solitudine suauissima pauit aescam. En CHRISTVS Moses ille duplici natura praeditus, qui ex pestilentis orci, ac tyranni saeuissimi faucibus hominum genus eripuit, & qui Eucharistiae, ceterorumque sacrorum ueritate pascit, ac reficit. Salomonis sapientiam omnes sunt admirati, cui praeter rerum iuste iudicandarum scientiam a Deo Opt. Max. exhibita fuit uirtus, qua tetros daemones fugare posset, tum ars illas, qua humanis morbis opem ferret. Cuius rei fama impulsa Aethiopiae regina ab extremis oris ad eum accessisse fertur, ut admirabilem illam, qua is praeditus erat, audiret sapientiam. En CHRISTVS sapientissimus ille Salomon, quem in alto maiestatis folio sedentem beatę merites suspiciunt, ac uenerantur, cuius est infirmis hominum animis mederi, atque ab eisdem omnes daemorum insidias molestiasque fugare. Ad hunc Salomonem ex omnibus terrae partibus concurrunt homines, ut eius doctrinam percipere ualeant. Hanc enim sapientiam adire oportet, cum eademque militate, ac proficere, qui bene, qui sancte in hac uita uersari expetit, & post suprema fata aeo frui sempiterno. Huius admirabilem potestatem contemplari oportet, qui fortunae inconstantiam, qui uoluptatis, laqueos, qui tristes molestias, ac solitudines, quibus uita hominum sepe cruciatur, cupit effugere. Sub CHRISTI ortum totus tremit, horretque magno timore perculsus Herodes. Magi ex longinquis exterisque regionibus properant CHRISTVM adoraturi. Eandem admirantur doctores longaeui de sublimibus arcanis differentem. Grauitate minante, arescunt arbores, Mare uestigijs premente, solidantur aquae: impetrante, praecipites recedunt uenti, remittuntque uires, ac rabiem; nec minus & stygij recedunt hostes: manus apponentem omne morborum pellitur genus: capite, atque oculis annuente, facinorosi reuocantur in uitam; supercilium attolente, cadunt milites armati: clamante ex inferis in uitam reuocantur mortui: manus tendentem multa emergunt admiranda. O eximiam Sapientiam, o incredibilem potentiam. Neque solum in ceteris eius actionibus contemplandis immorari oportet: sed in ea praesertim, eum crucis altissimum erexit trophaeum. Hic admirabile sapientiae lumen effulget: Neque enim alibi uberior, neque pretiosior sapientiae auri fodina reperiri potest, quam in cruce Domini Nostri Iesu CHRISTI. Aspice primum pia mentes eum sursum elatum in alto scilicet, illustri quoque loco humani generis salutem operantem: qua ex re nos admonere uidetur, spem metumque inter dubios esse debere. Quae enim ob admissa celera aeterna oportet supplicia formidare: tam contra ob bene uiuendi seruatas regulas beatam uitam CHRISTI benignitate sperare. Intuemini ipsum inter caelum & terram medium locum obtinentem, quia unus mediator est Dei, & hominum homo CHRISTI Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, libenter Pauli uerbis uti, quando id Christiana pietas postulat, Adhuc animaduertite CHRISTVM ex ligno

pendentem, ut scelus in ligno admissum expiaret in ligno. Passis præterea manibus & in longum protractis pedibus, totoque distentum corpore, ut omnibus orbis partibus eum iura reddere constaret. Electite geminas oculorum acies ad quatuor illas dimensiones, quarum D. Paulus meminit, facile cuique exploratum erit latitudine insignem CHRISTI charitatem indicari, longitudine æternitatem, altitudine potentiam, profunditate sapientiam. Nec contemplatione carent quatuor illa Crucis capitæ quorum ut supremum ad siderem sedem antea clausam aditum præberit: ita in finem abdita Orci claustra referans. Sanctorum patrum animis exitum præstat: Et ut dextram bonos in unam collectos indicat, sic sinistram à recto tramite aberrantes in uiam per CHRISTVM rediisse demonstrat. Sed inspicite denique CHRISTVM expansis brachijs in Crucis Trophæo insidentem. Quid hoc significare putandum est, nisi admirabilem eius benignitatem, singularemque pietatem? Paratus enim est eius opem implorantes benigne complecti. Quid clavis infixi pedes, neque se loco dimouentes indicant? nisi moram, quæ tam patienter facinorosos expectat, dum redeant in uiam? Quid protensa dextera? nisi CHRISTVM esse bonorum omnium largitorem magnificentissimum? Quid sinistra? nisi malorum, quibus undique uita nostra premi solet, ipsum esse profligatorem acerrimum? Quid apertum latius? nisi immensam charitatem? Quid demissum caput? nisi assiduam uocationem gemitum? Quid nudum corpus? nisi summam liberalitatem? Quid cruore aspersi actus: per fusaque tabo facies? nisi nostrorum scelerum immanitatem? ò altitudo diuitiarum scientiæ, & sapientiæ Dei: ò admirabile pietatis, ac charitatis exemplum. Ex hac Crucis sapientia discite Academici charitatem in Deum, pietatem in socios, nostri notitiam, humanarumque rerum contempnitionem. Hæc sunt præcipua sapientiæ munera; Hæc qui ex animo amplectitur, is uere prudentissimus, ac sapientissimus haberi potest. Dicite amandi regulas ab eo, quo nemo uerius, nemo uementius amauit. Hac uia ingressi CHRISTVS. Hac iter Elysium nobis. Quid non perficit amoris disciplina? Hæc res Abelem reddidit martyrem; Abrahamum peregrinū Iahac holocaustum, Hæc Iacobum fortitudine præstantem, Hæc Iosppum castitate insignem, Hæc Mosem docuit mansuetudinem, Dauidem humilitatem, Hæc Petrus obsequentem effecit, Apostolos audaces, omnes denique sanctos uiros rerum humanarum contemptores. Videte adolescentes nobilissimi amoris opera. CHRISTI sapientia condita. Amore CHRISTVS accensus hominem creauit, cum iam nõ esset, aberrantem in uiam reuocauit, afflictum erexit, perditum confirmauit, tristem consolatus est, exultantem restituit in patriam, mortis & immanis tyranni imperio oppressum salute & libertate donauit. Quamobrem si qui in huiusce sapientiæ amore uiuētes sese abdidere eos, incredibili uoluptate affectos esse cõstat. Quid de puris illis mētibus, quæ ex huius carceris uinculis euolarunt, putandum est, quæ in cælo beata fruuntur uita? Quanta oblectatione per fuscum Iacobum fuisse existimabimus, cum fessus de uia humi iacens, somnoque sopitus altam illam scalam cælum, terramque attingentem perque eam scandentes ad descendentes Angelos uidit in somnis? Quanta Mosen, qui in monte Sinai iugi assiduaque meditatione diuino colloquio fuit admixtus? Quanta Dauid, cum à diuino spiritu excitabatur ad futura de CHRISTO mystéria prædicenda? Quanta Petrum, cum corporis sopitis sensibus mente ad supera elatus uas è cælo demissum conspexit, omnigenis ac impuris refertum animalibus, sed quæ à Deo mundato dicerentur? Quid Ioannem referam in CHRISTI pectore recubentē, & quæ in Pathmo scripsit, in mentis excessu uidētem? Quid Paulum elatū ad tertium cælum, illorumque arcanorum participem redditum, quæ non licet homini loqui? Quid Hieronymum, qui plerumque angelorum choris uidebatur interesse, lætalique canere? Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Quid Augustinū fan-

sanctissimæ Trinitatis mysteria contemplantem? Quid Benedictum, qui noctem die clariorem uidebat, totumque orbem angustæ pilæ instar conglobatum? Quid Franciscum mente elatum Saluatoris nostri fulgidam crucem conspicientem, & stigmati insignitum? Prætereo Mariam Magdalenam, tum Claram Francisci discipulam, Mariam Aegyptiacam, necnon Thomam Aquinatem, compluresque alios, quos orantes corpore supra terram in aereq pendentes cõspectos fuisse constat. Quamobrem si tanta erat in hac uita degentium oblectatio in CHRISTO contemplando, quantā eam esse putandum est, quæ ex CHRISTI iucundissimo aspectu percipitur gloria? Si quis igitur est, qui ad tam excellæ sapientiæ lumen aditum parat, si quis CHRISTO aberrantes conciliat, si quis æternum Patrem nobis propitium reddidit, is quāto honore afficiendus est? quanto beneuolentia complectendus? Sacerdotis id proprium munus est, eiusque præsertim, qui sacris præpositus doctrina, hortatu, præceptisque, sed præcipue suo exemplo populos suæ fidei commissos non modò ad piū cultum dirigit, sed etiam ueræ sapientiæ participes reddit. Equidem sic statuo sacris imbuto uiro, eisdemque præposito nihil maius in terris, nihil præstantius inueniri posse. Is enim eruditissimus est ille magister, is dux fidissimus, qui ad ueram sapientiam aditum aperit. Felix, ò niminim felix ciuitas illa, quæ talibus abundat magistris. His enim præsentibus nihil formidabile uideri potest, nihil aduersum contingere, nullis subiacere calamitatibus, nullis denique malis opprimi. Quamobrem quàm bene, quàm feliciter cū nostra ciuitate hodie agi putandum est, quāta omnes uoluptate frui, cum GREGORIVS XII. PONT. Sanctissimus sua sponte sed Almo instructus Spiritu Neapolitano gregi ANNIBALEM CAPVAM Principem illustrissimum, Antistitem Christianæ pietatis obseruantissimum præponendum duxerit. Magna fuit Saræ latitia cum senio confecta filium peperit, Magna Annæ, quæ Samuelem, Magna Elisabethæ, quæ Ioannem, Magna Thobix uidendi facultate, qua diu caruerat, recepta, Magna Euangelicæ illius mulieris post inuentam, quam amiserat, dtachmā. omniū tamen uoluptates longe exsuperat urbis nostræ læticia, tali tantoque antistite oblato, tam clara orto familia, omnium optimarum disciplinarum notitia tam præstanti, tanta pietate, ac religione insigni, tanta in gregem suam charitate accenso, at neque Hieronymo ipsi, aut Ambrosio, neque Basilio, aut Bernardo concedere urdeatur. Angebatur aliquantum ciuitas nostra, quod MARIVM CARAFAM antistitē munificentiissimum amiserat. Neq; immeritò Principes ille summis dignus laudibus, magnum sui apud omnes desiderium reliquerat, tum quòd templum hoc urbis nostræ præcipuum quod ueritate ruinam minabatur magnifice instaurasset, multoque pulcherrimarum rerū instruxerat apparatus, tum quòd amoenissimos hortos feracibus pene suæ manu conseruisset plantis, tum & multò maius, quòd tenellas uites urbis nostræ seminarium sanctissime digessisset, Christianæque doctrinæ fontibus quotidie irrigaret. Auxerat dolorem inexpectatus PAVLI Arerij Cardinalis amplissimi, uitæque Sanctitate præstantissimi obitus. At modò ANNIBALIS præsentia non solum leuatur, sed penè aboletur dolor omnis, quem antea capiebat ciuitas ex obitu præcedentium pastorum. Peruaserat antea Neapolim; atque adeo totius Europæ fines Annibalis uirtutum cõstans, & per illustres fama, & præsertim cum is Venetijs urbe florentissima, ac celeberrima libelalissimisque studijs affluenti GREGORII XII. PONT. optimi mandato honestissima legatione fungeretur. Magna tunc eius ingenij, eruditionis, ac eloquentiæ, & pietatis erat expectatio, satisque magnam laudē ex ea re uidebatur consecutus; tantam uerò famam eius aduentus, admiratioque superauit. Quis enim non uidet, quàm benigne optimis semper faueat ingenijs? quàm cæteros hortatu, & exemplo, tum sapienciæ uirtute, quàm in primis proficetur, in rectam uisendi reuocet normam? Quis quàm pauperes, quæ maxima turba est, singulari libera-

itate subleuans ad hilariorē uisum redigat? Quis, quā benignē, quā hilare, quā libenter lite aliqua oppressos, omniq; ope destitutos cōsiliis, & opera adiuuet? idque tam cito, tam large, ut ad homines iuandos, ac subleuandos, & in piocultu educandos solus natus esse uideatur. Vellem Antistes amplissime, quā de tuo ingenio, de animi magnitudine, ac consilio de pietate, ac liberalitate, de tolerantia rerum humanarum, de publicarum, sacrarumque rerum incredibili administratione una omnium uoce circumferantur, mea oratione completi: sed ingenij tenuitas, dicendi facultatis paupertas id me facere prohibent. Hortabor tamen, ut quod agis, constanter agas, fruarisque primū tuis istis & naturā, & doctrinā bonis: neque solū umbrata ista sapientia, in qua permulti præstantes extitere, sed uera illa, in qua pauci, & qua cæteris uiris primariis longe antecellis: tum æquitate, & lenitate tuas denique hac celebritate famā, & gloriā, quā floret quotidie magis, & quam nulla conficiet uetustas. Vos uerò Academici nobilissimi, Vos equites urbis nostræ ornamenta clarissima assurgite omnes Antistiti nostro huius sapientiæ, quam querimus doctōri eruditissimo, huius amoris, quo incendi exoptatis, monstratori religiosissimo; uoce, uultu, plausu, clarissime indicate, quanti eius uirtutes faciatis, quid de eius probitate, ac iustitia speretis. Hic uir, hic est, qui cum innumera mala, quibus undique premitur uita nostra, optime nosceret, hinc sibi fugiendū esse statuit. Hinc uerò fugimus, cum Deo similes, quantum est situm in nobis, efficimur. Hoc autem sit, cum iuste, sanctē, pieq; uinere incepimus. Quod si quis expetit, hoc intueri, hoc sequi oportet exemplum. Hic enim tanquam Abimelech omnium optimarum artium, uirtutūque præclarissimarum uiridem humero ramum gestans cæteros suo exemplo ad Religionem, ad Pietatem, ad Innocentiam, ad Mansuetudinem, ad Charitatem amplectendam adhortatur. Est ANNIBAL urbis nostræ præcipuum ornamentum. Vnde cur lenitatis exemplum ex Socrate petimus, uel ex Lælio? cur moderationis animi ex Platone, uel ex Camillo? Cur Patientiæ ex Zenone, uel ex Sceuola? cur fortitudinis ex Epaminunda, uel ex Marcello? cur constantiæ ex Phocione, uel ex Fabio Maximo? cur continentiæ ex Xenocrate, uel ex M. Catone? cur liberalitatis ex Cimone, uel ex Cæsare? cur humanitatis ex Pyrrho, uel ex Africano posteriore. cur pietatis in patriam ex Codro, uel ex Scipione? cur Religionis ex AEaco, uel ex Numa Pompilio? cur fidei ex Sagūtiniis, uel ex Regulo? cur non potius ex uno ANNIBALE CAPVA, ex quo uno tanquam ex uberrimo penu depromi possunt non solum harum uirtutum, quas modo recensui clarissima exempla, sed, quod multam ad salutem pertinet, Christianæ humilitatis, Pietatis, Mansuetudinis, ac Charitatis lumina, quibus inter nostræ imbecillitatis tenebras adeo enitescit, ut quem cum eo conferre possis, inuenias neminem. Quid eius oratione suauius? Quid grauitate lenius? Quid lenitate grauius? Quid dignitate elegantius? Quid elegantia dignius? Quid factis prudentius? Quid dictis sapientius? Consueuit Deus Opt. Max. arduis in rebus cum maxime expediret, præstantem aliquem uirum excitare, qui suo populo ferret opem. Sic Noë in eluione illa tam memorabili dedit, qui deperditos homines repararet. Sic Iosippū AEgypto in summa annonæ caritate præfecit. Sic Mosē Israelitico populo in alias sedes migraturo præposuit. Sic Iosue bello gerendo substituit. Haud secus summus rerum opifex urbi nostræ, cum res maxime postularēt, ANNIBALEM pastorem dedit uigilantissimum, qui illius greges, & doctrina aleret, & exemplo instrueret, & diuinæ sapientiæ ardore ad pietatem, & ad Dei cultum accenderet. Quamobrem uenisti ANNIBAL ut Noe in multarum ærumnarum, quæ nos pene obruerant, eluione, ut nostros cines conseruares. Venisti ut liberalissimus Iosippus, cum famas urgeret, ut uberrimis Ecclesiæ sacris eos aleres, ac sustentares. Venisti ut mitissimus Moses, ut scelerum laqueis solutos ad cælestem patriam duce-

res.

res. Venisti ut mitissimus. Moses, ut scelerum laqueis solutos ad cælestem patriam duceres. Venisti ut fortissimus Iosue, ut aduersus immanissimos hostes pugnans uictores redderes. Hunc ducem sequi oportet Academici, hunc pastorem colere, ac uenerari, Hunc sapientiæ magistrum admirari, eius dicta, factaque animo fixa retinere, ut ad sapientiæ lumen liceat peruenire. is enim confirmat imbecilles, decerrantes in ueram pietatis semitam reuocat: is, quid faciendum, quid ue fugiendum sit, optime docet: is denique CHRISTO nos miseros conciliat. Tu uerò pastor clementissime; Tu Christianæ reip. ornamentum: Tu pietatis, ac religionis sidus fulgentissimum complectere benigne, ut facis, Neapolitanos tuos, uirtutum tuarum studiosissimos, summaque auctoritate, qua polles, tuere eos, nullus labor, nullum negotium ab ipsis erudiendis, atq; adiuuandis te abstrahat, Monstra ipsis uberrimos ueræ doctrinæ, ac pietatis fontes, accende eos Charitatis studio, ne ignorent, quo amore CHRISTVS amandus sit, qui pro humani generis salute graua tulit supplicia. Resera pro tua sapientia quinque illa Saluatoris nostri saluberrima ostia, quibus ad sapientiam aditus patet, ad illam scilicet artium artem, scientiarumque scientiam, ut prauis moribus correctis, uitijsque fugatis, diuitiarum & dignitatum cupiditate profligata. immaniumque hostium insidijs depressis, in tam præclara manentes sapientia, fide & charitate instructi ad æterna sperent tabernacula peruenire, ubi residet æterna felicitas, ubi felix suauitas, tibi felicitatis, & suauitatis auctor CHRISTVS regnat cum æterno Patre, & Almo Spiritu, quibus sit semper laus, honor, & gloria in secula. Amen.



O R A T I O VI.

HABITA EST A PROSPERO AVGVSTINO AVRELI

Philosophiæ, ac Medicinæ doctoris eruditiss. F.



IN CREDIBILIS Fulgor, qui ex tot, & tam præstantium uirorum micat aspectu, & huiusce diei hilaritas, quem non solum albo, sed etiam aureo lapillo notandum duco, adeo omni dissecta caligine animi exhilarauit meum, tantoque cumulauit gaudio, ut diuturno silentio, quod Pythagorico more hanc illustrem ingressus Academiæ seruare statuerã, sinem imponere adegerit. In hærebat enim menti illud. Silentijs totum præmiũ. Non enim ignorabã naturã ipsam ea de causã linguã, & dentiũ, & labiorum uallis sepius, ne ad loquendum præceps excurreret. Nam ut ipsa cum infrænis est, & sui prodiga maximas parit clades: ita parca, & prouida ingentium, & innumerabiliũ bonorum auctor existit. in linguã enim imperio & uitam & mortem consistere Sapientes censent. Quam rem Poetæ expressisse uidentur in Mercurij linguã magistri aurea uirga, qua eum animas interdum ex Orco euocantem faciunt, nunc sub tristia Tartara detrudentem. Magnam sibi laudem comparauit Pythagoras Silentij causã, quod profitebatur. Nec minus eadem res Harpocratem philosophum celebrem reddidit ob sacra Silentio ab eo instituta, & horam singulis diebus eidem destinatam. Verum nunc tandem intelligo, ut nunquam silere certissimum est fatuitatis argumentum: ita contra interdum silentium rumpere, ubi loquendi tempus adest, prudentiæ signum esse statuo. Video hic hodie adeste tot nobilissimos Philosophiæ proceres, totque Medicinæ præfides fide, & doctrinã præstantissimos: quorum ut alii ad iuuenũ animos informandos omnem mentem, omnemque cogitationẽ conferunt: Ita alij ad corporis ualeitudinẽ tuendã omnẽ operam, omneque studium dirigunt. Horum splendor, & singularis doctrina, eorundemque incredibilis humanitas me adhortata sunt, ut instituti silentij immemor aliqua & de Philosophiã, & de Medicinã laudibus oratione mea explicarem. Incitauit me multo magis IOAN. ANT. PISANI hodierni præfidis nostri & summa benignitas, & admirabilis eruditio. Quare definite mirari, cur cum tot summi uiri, ac Philisophi disertissimi sileant, ipse potissimum fari inceperim, qui neque ingenio, neque erate, atque eruditione ex aliqua parte cum his possim comparari. Tot enim tantorumque uirorum benignitas me potissimum hodie excitauit, ut quid de harum præclarissimarum artium studijs, quæ profitentur, sententiam, audacter explicarem. Adspirate nos Viri celeberrimi nouo Oratori, ne ob uiolatum Silentium pœnas pendere cogatur: nè ue cum antea tacuisse gratum fuerit, uerba hic aliquando fecisse peniteat. Sũmus ille rerum opifex in hac mundi mole construẽda (si licet magna paruis componere) haud secus fecisse uideatur, atque artifices solent, qui sua opera miro profectentes amore summo ingenio multaque industria ornant, ac tuentur, in eaque omnia studia conferunt atque consilia. Sic ipse cum Mundum duplici colligasset natura ætherea scilicet, & elementari, duplici lumine ornauit, lucem tenebrasque distinxit; uirile genus & muliebre non solum in; animantibus, sed etiam in plantis aptauit. idemque cum paruum mundum, quem hominem appellant, creasset duabus naturis constantem, quarum altera animæ, altera corporis est, easque inter

inter se quauis dissidentes mira arte coniunxisset, cum in ijs, quæ ad hominum uitam sustentandam, ac seruandam pertinent, non deficiat, duo ipsis præbuit instrumenta, Mentem animã, qua supra indagaret, corpori manum, cuius beneficio, & noxia pelleret, & profutura sibi prospiceret. Ex his altera hominem contemplationis, altera actionis gratia factam esse clarissime indicat. Connexuit quoque utraque naturam & ratione, & appetitu. Cumque animum ex corporis contagio perturbationibus obnoxium cerneret, Corpus uerò cum ex ijs, quæ facile corrumpuntur, constet, morbis, atque ægritudinibus undique subiaccere; propterea, ut tam dissidentes naturæ optime coalesceret, beneque haberent, duo ipsis iugessit medicamina; duo mortalibus munera tradidit, Philosophiam, qua animi ægritudinibus, & Medicinam, qua corporis malis mederi possent. Hæc duæ artes præclarissimæ magna inter se affinitate uidentur coniunctæ: quauis enim finis alterius inuitum est. Quod enim Philosophia desinit, inde exorsum suscipit Medicina. Vtraque inter se ortu, forma, sine, cæterisque de causis magnopere consentit. Quod ne temere quispiam me effudisse existimet, audite, quæso. Est Philosophia bonorum, & malorum notitia, ut Medicina salubrium, & insalubriũ; utriusque humanæ uitæ curatio subijcitur: utraque sanitatem sibi finem proponit, altera animæ, Corporis altera. Præcepta, ac uitæ regulas adhibet Philosophandi studium, quæ sunt animæ Pharmaca: herbarum, & succorum uiribus utitur Medicina, quæ sunt ueluti corporis regulæ, atque præcepta. Ortus utriusque est à Deo Opt. Max. unde tanquam ex fonte uberrimo manant cuncta perfecta, atque optima. Neque enim aliunde, quam ex Deo est Sapientia, cuius amorẽ, & studium Philosophiam esse censuit Pythagoras huiusce nominis primus institutor, qui cum sapientiam Dei propriam esse sciret, ad ipsam solum sapientis, & sapientiæ nomina deferenda esse iure optimo existimauit. Medicinæ artem: unde nam adcessisse putabimus, nisi ex Deo, qui etiam Angelos huius rei causa ad homines delegauit? Hinc Raphaeli Tobiarum curatori nomen inditum esse constat. Nec minus & Seraph ad Esaiã labia purganda missus idem confirmat. Qua ex re facile cuique exploratum esse potest, nihil Deo gratius existere posse, quam humani generis imbecillitati opem aliquam ferre, eamque ad pristinum robur aliqua arte reuocare. Sed quis duo hæc munera in terris clarius, meliusque exercuit, quam CHRISTVS ipse duplici natura constans, quæram maximam exituisse Philosophiæ, & Medicinæ antistitem, ac auctorem, quis non uidet? Is qui tam alte diuina hominibus referabat arcana, qui naturæ abdita tam docte explicabat, qui uitam, & mores tot exemplis tam Sanctis conformabat, qui animas multis, & grauibus foedatas maculis tam nitidas reddebat, an non omnibus numeris absolutissimus Philosophus, immò solus sopherus (quia solus rerum scit causas) iure suo est appellandus? Is præterea, qui tot ægritudinibus, qui tot malis languentium corpora leuabat, qui sanitatem tam celeriter, tam facile, tam opportune ijs, in quibus nulla uitæ spes reliqua erat, restituebat, qui mortuos, qui iam deploratos, qui iam diu terra conlectos in uitam reuocabat, an non præstantissimus medicus dicendus est? Etsi non ignoro aliam fuisse CHRISTI Philosophiam ac Medicinam, neque cum nostris comparandam: diuina enim hæc, ut cætera in eo fuere: sunt uerò hæc nostræ earum simulacra quedam, illa uerò exæplaria. Hæc res impulit proficos illos uiros nescid, quo Spiritu ductos (nulla enim gens tam fera, tam barbara est, quæ cuncta bona Deo accepta non referat,) ut permulta ad uitæ uiam pertinentia ad DEVM aliquem referrent. Hinc fruges Cereri, uini usus Baccho, olei donum Mineræ, legum subsidia Ioui, ignis inuentum Vulcano, Artium studia Mercurio, Agriculturæ beneficium Saturno, Medicinæ manus Apollini sunt attributa. Quod scilicet, hoc Medicinæ bonum ad DEVM uerum Apollinem referri

referri decet, qui *απολλών*, hoc est, omnes ex animo fugat tenebras, omnesque ex corpore pellit morbos, Apolliniq; Aesculapium dēdere filium ita appellatum apud Græcos, quod alpera lenia, ac mitia redderet, uel potius (ut aliqui interpretantur) quod neminem mori sineret. Quis est Aesculapius iste, cui tanta uirtus est adtributa, nisi CHRISTVS? qui duram legis iugum tam molle, qui graue laborum onus tam leue reddidit, & qui genus humanum iam desperatum morte liberauit. Socrates apud Platonem iam moriens gallum Aesculapio Apollinis filio debere se affirmauit. Non enim ignorabat uir ille tam sapiens omnem hominem gallum diei, solisque nuntium hoc est, uitæ lumen Aesculapio Apollinis filio, hoc est, diuinæ beneficentiæ supremæ prouidentiae proli iam debere. Ad Deum igitur bonorum omnium largitorem munificentissimum tam præclara munera sunt referenda. Neque audiendus est Xenocrates, qui Philosophiam ex uitæ incommodis ortam esse existimauit: is enim arbitratus est, cum hominum uitæ, quæ in actione consistit, multis & grauius premeretur ærumnis, propterea eos ad contemplationis studia, ut eiusmodi malis mederentur, animum appulisse. Neque Aristotelis est admittenda opinio admirationi Philosophiæ primordia tribuentis. Fuit enim admiratio instrumentum quoddam, per quod ea hominum animis inhæsit, eius uerò sapiens artifex, & effector Deus, qui per admirationem homines ad sua opera contemplanda traduxit, ut ex admirabilium rerum inspectione ad diuina illa, & ab oculis nostris remotissima indaganda pertuenerent, & ad diuinæ maiestatis præstantiam propius accederent. Neque medicinæ initia experientie quiscquam adtribuet, ut Galeno placuisse uideo, sed Deo per experimenta. Neque Serapida medicamina Aegyptij proferent, quibus tanquam à se inuētis admodum gloriatur, & quæ Serapidis sacerdotes ægris propinabant: nihil enim humana ingenia excogitare ualent, nisi diuina Sapientia suggerente. Neque unquam Chironem herbariæ inuētorem cum Pindaro appellare libet, neque Medicinæ Prometheum una cum Aeschulo. Nisi quis forte biforem Chironem CHRISTI duplici naturæ præditi typum existimabit, Prometheum uerò Dei omnium opificis, sapientissimi. Quamobrem si à Deo tam præclara sunt munera: Si summus ille pater eiusmodi remediis tam animi perturbationibus, quam corporeis morbis opera aliquam ferendam esse statuit, cur imprudentes ad alios tot bona referenda putabimus? cur ingrati ob tot præclara beneficia ei non summas, non immortales agemus gratias? cur maligni, cur audaces quantum diuinæ beneficentiæ debeamus omnes, non accurate perpendemus? Audistis Academici quàm optime Philosophia, & Medicina in ortu consentiant: Audite nunc Epithera, tum utriusque definitiones, ac diuisiones. Appellari solet a Cicerone Philosophia nunc uirtutum indagatrix, & uitiorum expultrix; nunc omnium benefactorum, & benedictorum mater; modò laudatarum artium procreatrix: interdum animi cultura, quod uitia radicitus extrahat, animosque præparet ad satius accipiendos: interdum animi medicina, quod animis medeatur, quod detrahat sollicitudines cupiditatibus liberet, pellatque timores. Itidem a Galeno Medicina modò ægrorum curatrix dicitur, & sanorum conseruatrix, modò sanitatis præsidium, modò uitæ custos utra cæteris; Nec minus Medicina animi curatrix est, quàm corporis, dum enim atramentum immittit, labantelque corporis uires reparat; dum cerebri spiritus sulcit, dum mentis organa purgat, simul ingenium corrigit, memoriæ domicilium sarcit, totum denique animi habitum in meliorem statum redigit. Quid uerò Philosophia est, (si Ciceroni credimus) nisi diuinarum humanarumque rerum, causarumque, quibus hæ res continentur notitia? Medicina uerò ex Herophili sententia est salubrium, in salubrium, & neutrorum scientia. Plato assernit Philosophiam similitudinem esse, qua homo Deo similis quoad fieri potest, euadit, Putauit enim diuinus ille philosophus, hunc

Philoso.

Philosophiæ finem esse, ut per eam homo summum bonum, hoc est, Deum ipsum cognoscat, & contemplando atque iuste agendo similis ei, quod potest, reddatur; quod fieri posse arbitratus est, non natura, sed actionum similitudine. Quod si ita est, quæ res magis hominem Deo similem reddit, quam Medendi facultas? Quo enim munere homo ad diuinam naturam propius accedit, quàm de cæteris bene merendo? quàm ægris in pristinam salutem reuocando? Medicum se Deus professus est, cum Moisi dixerit, ego sum Deus sanator tuus. CHRISTVS quoque cum de se loqueretur, non opus esse ualentibus medico, idem asseuerauit. A Deo quoque medicum esse affirmat Sapiens, quem propter hanc causam honorandam censet, quod eum creauit altissimus, Agnouit id Mesue, qui solum Deum languores sanare posse asseruit; nec minus Rafis Medicinam Dei totam esse assermans. Sed antea Homerus, qui Moly herbam Vlyssi tradentem facit, cuius uirtute Circes ueneficis posset obfistere. Definiuit quoque Plato Philosophiam esse mortis meditationem, quod tunc fieri iassererebat, cum mens à sensibus abducitur. Neque aliud Medicina est, nisi mortis depulsio, hæc enim cum hominis salutem sibi propositam habeat, ad eam seruandam, & ad mortem eius aduersariam depellendam omnibus uiribus contendit. Idem Plato cum Medicinæ definitionem indagaret, scientiam eam esse affirmauit, qua amatorij affectus corporis, quoad repletionem euacuationemque noscitur: ubi amatorios corporis affectus uidetur appellare Symmetriam illam calidi, & frigidi, humidi, & siccii, quæ corpora tenet, & cuius non semel meminit Galenus. Diuisere ueteres Philosophiam in contemplatiuam, & Activam, quando omnis nostra cognitio uel circa ea, quæ sunt, uersatur, uel circa ea, quæ aguntur. Distribuerunt postea contemplatiuam in Naturalem scientiam, in Mathematicam, & in Diuinam, quam Methaphysicam appellant. Activam uerò diduxerunt in Ethicam, æconomicam, & Politicam. Quarum unaquæque solum finem respicit primæ enim humana felicitas proposita est; alteri res familiaris, tertiæ Resp. Cicero omnem Philosophandi rationem in tres partes redegit, in Naturæ obscuritatem, in uitam & mores, & in differendi subtilitatem. Eadem diuisionis ratione Medicina induta est. Primum enim distributam comperio in contemplatiuam, ad quam signa, & causæ pertinent, & in Activam, siue Practicam, cui subijcitur uictus ratio, Chirurgia, & medicamenta. Vel in Rationalem, & Empiricam. Vnde Galenus gemino crure eam sustentari asseruit, ratione scilicet, & experientia. ex quibus, & si ratio primas sibi uendicat, nemini tamen dubium est, quin experientia ad Medicinam plurimum confeseat, si quidem experiendo permulta inuenta, fuisse constat; quæ notitia cum à sensibus ortum habeat, plurima assequitur, aut natura, aut imitatione, uel fortuitò, uel consultiò. Nam suffulos pungere ex capra quadam inuentum fuisse uolunt, eiusmodi enim malo illa laboras ex iunco aculeato forte in oculum impacto uisum recepisse dicitur. Diplosidis icui aceti haustum prodesse casus docuit, ut refert Celsus. Citreum malum uenenis aduersari monstrarunt: capitis dammati, qui cum illud esuissent serpetium icibus læsi non sunt, ut refert Athenæus. Nec minus, & fors obtulit unum in quo niperæ extincta sit, curare Elephantiasim, ut refert Galenus. Longum esset hæc persequi, tum etiam, quæ remedia ad humani generis salutem conferentia belluæ demonstrarint; quæ cum in omnium ore uersentur, præstabit ea silere, quàm in re cæra testibus uti non necessarijs. Quamobrem ad Medicinæ diuisionem redeo, unde nostra aberrauit oratio. Non desuere, qui eam in duas partes dissecuere in Curatiuam, quam Græci *επιθετική* appellant, & Præseruatiuam, quam *προφυλακτική* dicunt; ex quibus, ut prior morbos curat, ita posterior imminentes futurosque propellit, Theutras totam medicinam in tres partes diduxit, quarum una in signis, altera in curatione, tertia intuenda ualitudinis ratione consistit. Sed hæc Galenus, qui cæteris arte & ingenio præstitit non tam partes, appellanda censeat, quàm

HH Medi.

Medicorum actiones. Priscis quoque temporibus triplicem fuisse Medicinam testatur Celsus, ut adnotat quoque Galenus. Vel enim uictum tantum respicit, unde *Diätetici* dicta est, uel Medicamenta, quæ *φάρμακωτική* uel manum adhibet, quæ ex ea re *καρδιική* appellatur. Hanc uerò primam extitisse ea res indicat. Nam Homerus Podalirium, Machaonem, ac Peonem; uulneribus tantum medentes facit. Vtriusque facultatis sectæ maximam inter se affinitatem uidentur habuisse. Fuit enim Philosophia primum Ionica, tum Italica. Prioris auctorem faciunt Thaletem, quem primum aiunt Philosophiam in Ioniam inuexisse, posterioris Pythagoram; qui eam primum in Italiam detulit, unde nomen accepit. Sic & in Medicina duas primum familias extitisse constat, Rationalium unam, Empiricorum alteram, cuius Acronem auctorē faciunt, ut illius Hippocratem. Ex his tanquam parentibus permulta Philosophorum, & Medicorum familiæ prodire, quarum nomina uel ab eorum ducibus imposita sunt, ita apud Philosophos fuere Socratici, Pythagorici, Epicurei, apud Medicos Hippocratici, Asclepiadæi, Praxagoræi, & Erasistratei, uel à ciuitate, ut Cyrenaici Megarici, Elienses. Vel à locis, ut Academici, Stoici, uel à uitæ genere, ut Gynici, uel ab accidente, ut Peripatetici. Medicorū uerò familias omnes ad tria præcipua genera redegit Galenus; omnes enim, qui medendi artem sunt insecuti, aut Rationales, seu Dogmatici, uel Empirici, uel Methodici dicti sunt. Ex quibus Dogmatici ratione potius, quam experientia ducbantur, contra Empirici experimento omnia tribuebāt. Methodici uerò ratione tantum regebantur, nihil experimento tribuentes. Nunc uerò cōmodum esse uidetur Philosophiæ, & Medicinæ finem indagare, tum earum officia, de quibus, qui nam in utraq; præstiterint. At illud primum scire oportet, ex artibus alias efficere ea quæ non sunt, ut quæ nauē fabricatur; alias peracta conseruare, ut Gubernatoriæ, ut quæ præstare, ut Architectonicæ. Præterea in ijs, quæ faciunt, aut conseruant, uel consequendi finis modū existere. At in ijs, quæ simul, & faciunt, & conseruant, non eundē esse modū, sed id nihil impedire, quin unus sit finis. Philosophiæ, & Medicinæ facultates in ijs respondere uidentur, quæ & faciūt, & conseruant sanitatē, & animi, & corporis. Quare nō immeritō idem finis utriusq; propositus est; etsi non eiusdem rei, ad unū tamen uidentur conspici, ad hominis scilicet incolumitatē. Nā ut altera Prudentiæ, Iustitiæ, Fortitudinis, ac Temperantiæ præcepta continet, quibus animæ facultas conformatur; sic altera uictus, inædiæ, exercitationis, purgationumq; regulas exhibet, quibus corporis uires, aut reparantur, aut confirmantur. In Philosophiæ facultate florere permulti Cyri tēporibus constat Philosophiā in Ionia incepisse, eiusq; primū auctorē extitisse Thaletē; qui ante alios animæ immortalitatem docuit, multaq; de Astrologia explicauit. Eodemq; tēpore Pythagorā uixisse ferunt, Italicæ philosophiæ principē, cum Romæ Seruus Tullius regnaret. Hic multa de animarum metempsychosī excogitauit. Anaximandrum per eadem tempora philosophatum esse uolunt, & in eodem Philosophiæ genere uerlatum, quo Thales. Huic successisse Anaximenem, cuius auditor fuit Anaxagoras, hic relicta Mileto Athenis; Archelaum erudiuit, cuius auditor fuit Socrates, e cuius ludo tanquam ex equo Troiano multos, & præstantes discipulos prodijisse constat, sed ceteris longe, & eruditione, & dicendi suauitate præstitisse Platonem, qui ueteris Academix institutor fuit. Hunc Speusippus secutus est, qui reliquit Xenocratem. Successere postea Archelaus, Carneades, tum Clitomachus. Ex eodemque Socrate plures Sectæ manarunt. Nam Antisthenes eius auditor Cynicam Philosophiam intexit, quo studio, & Diogenes delectatus est. Zeno Stoicam instituit, Aristippus Cyrenaicam. Euclides Megarensis. Inter Socraticos fuit quoque Phædo, cuius instituta secutus est Anaxarchus, qui Pyrrhonem Septicæ sectæ auctorem erudit. Inter omnes maxime floruit ingenij gloria Aristoteles, qui Platonis præceptis posthabitis in alias migravit sentētias. Eius disciplinā Theophrastus excepit, Epicurus uoluptati

luptati omnia tribuit. Zeno contentiosam peperit Philosophiam, quem audiuit Leucippus Atomorum auctor, quas & Democritus confirmauit. Florere priscis temporibus, & alij complures, quos breuitatis studiosos omitto. Præstiterit quoque nonnulli partem nostrorū ætate inter quos celebres sunt AVGVSTINVS SVESSANVS. SIMON PORCIVS, ZIMARA, IVLIVS CAES. Scaliger, Hieronymus CARDANVS. Nunc uerò nostra ætate enitescere uidemus IOAN. BERNARDINVM LONGVM, qui ab hinc fere annos xxxv magna cum auditorum omnium utilitate, ac uoluptate in nostra ciuitate publice Philosophiam profitetur, cuius eruditioni, & indefessis studiis quātum omnes debeamus, nemo est, qui non id optime perspiciat. Fulgenti, & in Peripatetica disciplina permulti urbis nostræ equites, ciuesq; ornatissimi, inter quos primas obtinent FR. IVLIVS Carafa patricius, ac miles honestissimus nō minus de Philosophia, quā de Hierosolymitana religione optime meritis, LAELIVS Carafa, FLAMINIUS Caraciolus. IOAN. BAPT. Tufus. TARQUINVS Molinianus, quorum summis ingenijs in philosophandi ratione nihil est abditum. Neque prætermittendi sunt NICO LAVS Anellus Paccus uir eruditissimus, FRANCISCVS ANT. Viuolus, ANNIBAL Balsamus FRANCISCI Storellæ alumnus, IOAN. BAP. Crispus, qui Philosophiam Neapol. publice profitentur. Sed suis quoque laudibus honestandū cenleo BERNARDINVM TELESIVM præstanti ingenio uirum, qui de Naturæ arcanis permulta argutissime excogitauit, elegantiq; oratione explicauit. Cuius dogmata etsi ab Aristotele plurimum dissentiant, ea tamen permulti audissime sectantur, ex quibus præcipui habentur MARIVS GALEOTA iunior, SCIPIO Cossus, urbis nostræ equites nobilissimi, omnium optimarum disciplinarum cognitione præstantes; Tum TARQUINIUS Priscus Cariatensium Episcopus iuris utriusque peritissimus; IOAN. BAP. Raimundus, qui Mathematicas disciplinas Romæ magna cum laude publice proficitur, Sunt & in horum numero ANT. Persius, & LATINVS Tancredus Græcis, & Latinis litteris nō mediocriter eruditi, quorum alter Romæ, alter Neapoli Bernardini dogmata publice summā cum laude tutati sunt. Prætermitto ceteros (sunt enim permulti) ne in ijs recensendis molestia uos diutius afficiam. Habuit, & Medicina sua lumina. Nam præter Apollinem, & Aesculapiū magno interuallo cum hæc ars CCCXXL annos latuisset, Hippocrates eam in lucem reuocauit, qui primum Athenis philosophatus fuisse dicitur: postea orbem terrarum peragrans sciscitandō à multis herbarum uires didicisse, & ab Aesculapij templo multa excepisse remedia, tum ex tabellis, quæ in Dianæ Fano affixæ seruabantur. Post Hippocratis obitum iam Medicinæ, cum eius discipuli ea arte abuterentur. CLX anno post successit Chryssippus, qui apud Argiuos non minori auctoritate polluit, quàm Hippocrates apud Athenienses. Successit Erasistratus ex Aristotelis filia ortus; qui Antiocho rege sanato C. talentis donatus est. Postea exacto C. annorum spatio Acron Agrigentinus Empiricam exercuit. Vixit deinde Herophilus Ptolemæi præceptor. Hunc secutus est post LXXX annum Asclepiades Mitylenæus, Romani omnium postremi Medicos in urbem admisere. Nam Archagatum Lysania filium primum e Peloponesso Romam uenisse ferunt L. Aemylio, & M. Lurio Coss. anno urbis DXXXV. quem ob secandi, & urendi sententiam Vulnerarium, & Carnificem appellatum fuisse scribit Plinius, proptereaque ipsum, ipsiusque artem in odium uenisse. Fuit celebris CAES. AVGVSTI tempore Antonius Musa; [qui cum Chirurgiam exercere incepisset in populi furorem incidit, infeliciterque obiit]. Eodemque tempore ex Italia Medici pulsi fuere, quosque Nero ex Græcia rediens eos secum adduxit. Diuersis florere temporibus Nicomachus Stagyrites, & Philon, qui cum medicamina, quædam ad medendi usum maxime accommodata reperisset Deorum manus appellabat, ueluti diuina, ac salutaria. Fuit & Menecrates Syracusanus, qui cum Regium morbum opti-


me curasset, eo nefariæ processit, ut Iouem se appellare eos cogeret, quos morbo liberasset. Celebres sunt apud Historicos Nicias Pyrrhi, Philippas Alexandri Macedonis medici, Tum Critobolus Philippo gratus, quod ex eius oculo sagittam eduxit citra oris deformitatem, Aesclepiades Prusensis Pompeij familiaris: celebris est, & Cornelius celsus linguæ candore, sed præter hos extitere Auicenna, Aegineta, Aetius, alijsque permulti, quos omnes ingenij gloria, & doctrinæ præstantia superauit Galenus Pergami ortus, qui Traiani temporibus floruit. Prætereo, quos poetæ celebrant, ut Chironem Achillis, & Iasonis magistrum, Machaonem Aesculapij, tum Podalyrium, & Peonem quorum sæpe Homerus meminit. Neque solum prisca ætas plures, & præstantes habuit Medicos. Ostendit enim & nostra permultos Medicinæ proceres eruditissimos inter quos tanquam sidera præcipue micant MANARDVS, FARNELIUS, IOAN. ARGENTERIUS, IOAN. BAP. MONTANVS, ANDREAS VESSALIVS, PHILIPPVS INGARSIAS compluresque alij de medicina optime meriti, quorum opera uarijs de rebus edita multiplicè eorum testantur doctrinam. Habet nostra ciuitas suos Hippocrates, & Galenos, Militarunt in Medicinæ castris summa cum laude IOAN. FRANC. Brancaleo, & PAVLVS Monæcus duo præcipua omnium liberalium artium lumina, quibus urbs nostra nihil habuit exaltius, nihil eruditus. Excessit nuper e uita, quam sanctissime peregit MARINVS SPINELLVS, cuius medicamina uere Deorum manus liber appellare, cum diuino potius numine, quàm humano ingenio præfita uideantur. Concessit, & aliquot annos ante in fata DONATVS ANT. ALTIMARVS, uir uicquam satis laudatus, cuius scripta, quæ iam omnium manibus teruntur, & ingenij, & eruditionis illius uiri sunt monumenta clarissima. Tam præstantibus uiris nostra ciuitas orbata magno uersabatur in dolore, maioremque in dies cepisset; nisi hic CAESAREM SCANNAPE CVM alumnum reliquisset, Medicinæ alterum Aesculapium, qui tanta integritate, & diligentia morbos pellit, tanta fide, & pietate, & arte ciuili saluti consulit, ut dolor, quem ex Donati Antonij obitu urbs percipit, huius beneficio facile alleuetur, & nisi ille IOAN. ANT. PISANVM substituisset, quem omnes sentiunt quanta humanitate sit præditus, quanta eruditione emineat, quibus rebus cum cæteris antecelleret, fas erat ut PHILIPPVS REX prudentissimus iisdem eum Archiatriæ insignibus honestaret, quibus eius magistrum antea ornauerat, ut qui uirtute, & doctrina cæteris antecelleret, idem dignitate, & honore alios superaret, omnibusque in medendi arte uersantibus faciendæ præscriberet. Videtis Optimi Academici hic hodie permultos Philosophiæ proceres ad stare, nec minus & quosdam Medicinæ fidissimos custodes, nostris que inceptis adspirare, ut alteri animos, alteri corpora salubribus induant præceptis. Neque enim sine horum consilij, præsidijque nostra castra diu possent permanere. Vtrorumque enim dogmata huc tendunt, cauendam scilicet nobis esse ebrietatem, somnum, libidinem, intemperantiam, inertiam cæterasque animi, & corporis labe. Hi sunt duo magistri, qui cum simul ad animi mores conformandos, & ad corporis uires seruandas contendant, ex utraque re talem concentum student educere, quo nullus aptior, nullusque consonantior, nec audiri, nec optari potest. Nam ut bene affectus animus uirtute sua corpus, quoad fieri potest, optimum reddit, sic & corpus bene, & affectum animo magnâ opem præstat, ad contemplandû, & ad agendû. Quamobrem si pictores, aut plastas magnis honoribus prosequi solemus, quod optime effingunt corporû imagines, aut quod uiuos ducunt de marmore uultus; quanta obseruantia Philosophiæ, ac Medicinæ magistros prosequi decet, qui, quod maximum est, animos doctrina hortatu, & præceptis ad optimam perducunt frugem, & corpora animorum instrumenta, uel ægra restituant, uel firma conseruant. Si agricolæ quod nostros agros urticis, carduisque

purgant, quod segetes lolij, auenisque liberant, sunt nobis carissimi, quanto amore Philosophos complecti fas est, qui ex animis nostris molestas egritudinum curas, acutosque uitiorum sentes diuellunt? Quanto Medicos, qui corporeos artus uariorû morborum urticis, ac paliuris non modò leuant, sed etiam expurgant? Si mercator es magnificimus, quod uarias suggerunt merces, quodque pretiosos lapillos ex Eois regionibus comportant, qui sunt oblectamenta oculorum: Quid de his discipularum optimarumque artium mercatoribus sentiendum? qua beneuolentia sunt nobis complectendi? quo afficiendi honore, qui uirtutum lapillis pretiosissimis, qui sanitatis mercibus uberrimis homines ornant, explentque? Assurgite Academici solertissimi hisce pictoribus, qui iuuenes uirtutum coloribus effingunt, colite hos agricolas in animis & corporibus nostris optime excolendis, assidue uersantes. Hos mercatores admittite, qui morum, & exemplorum mercibus iuuentutè alunt, ac tuentur. Sed in primis uenerari, colere, & obseruare oportet IOAN. ANT. PISANVM Philosophiæ, & Medicinæ doctorem celeberrimum, immò omnium scientiarum τὸν ἀρχαῖον, quem ob singularem doctrinam, & incredibilem animi probitatem, ac lenitatem eò prouectum uidetis, quod pauci, eaque dignitate ornatum, quæ optimo cuique tribui tantum solet, optate, ut is aequabili, prospera, perpetuaque fortuna fruatur secundo nitè sine ulla offensione cursu. Non ignoro me currentes incitare. Verum ut Imperatores instructa acie quanquam milites uident ad pugnam paratissimos, eos tamen hortari solent; ita uos iam ardentis, & erectos ad eiu modi officium tanto uiro exhibendum accendere non desistam. Florentes ciuitates non eas esse sapientes censent, quæ frugibus, quæ magnificis tectis, quæ amoenissimis hortis abundant, sed quæ ciues enutriunt, & animo, & corpore ualidos. En hic PISANVS noster utriusque rei custos, ac patronus fidissimus; cui ob hanc rem iidem debentur honores, quos Aesculapio, & Hippocrati prisca ætas exhibuit. Non enim satis est animo ualere cum corpore languens, neque hoc firmum esse, cum illo ægrotes, necesse est, ualido pollere corpore, sed integrè cum mente. Nam alterum sine altero mancum est, & imperfectum. Mollescit plerumque animus infirmo corpore, efferatur nimis ualido. Non ignoratis Academici doctissimi, ut inuentis ætatis incertiam prudentium senum consilio regi oportet: sic corporis robur athletarum peritiam confirmari, qui uictus ratione, & exercitatione imbecilla corpora reddunt firmiora. Hic ille senex, ac potius ciuitatis pater est, cuius prudentia iuueniles animi, quorum turba semper stipans, incedit, suauibus, & eruditis colloquijs demulcens, & instruens, & Philosophiæ præceptis imbuens, tum Medicinæ arcana referens ad optimam perducit frugem. Hic athleta firmissimus, qui uictus & exercitationis regulis corpora ad supremum sanitatis culmen prouehit. Assurgite igitur Academici nobilissimi Philosopho doctissimo, & Medico integerrimo, & nostræ eruditionis magistro prudentissimo. Tum sanitatis præfidi uigilantissimo, Patri patriæ, qui omnestam benigne, tam bene instruit, denique patrono salutis omnium cupidissimo, qui tam præsentia remedia, & animo, & corpori, tam celeriter, tam hilare, tam libenter afferre solet. Tu uerò Pater optime non minus pietate, quàm doctrina insignis complectere, ut soles Academicos tuos, uirtutis tuæ studiosissimos, ut eorum animos sanctissimis imbuens præceptis, & corpora suauibus confirmans pharmacis in illum redigas concentum, quem Philosophia, & Medicina sui studiosis abunde, ac tuto pollicentur. Dixi.

DE ELOQUENTIAE LAUDIBVS, ET MARII CVRTII
PHILOSOPHI, AC THEOLOGI EXIMII TVM
PHILIPPI REGIS CONCIONATORIS ELOQUENTISSIMI.

ORATIO VII.

HABITA EST A FERDINANDO REGIO PAVLI F.



M Mente, animoque iam diu mecum ipse perlustrassem, quid homini a D E O Opt. Max. datum esset, quo is in hominū conuictu, & quotidiano uitae usu longe ceteris antecederet, cognoui denique nihil melius, nihil praestabilius hominumq; uitae ac commodatius, quam Eloquentiam tribui potuisse. Si quidem quae animo concepimus, atque sentimus, ea uberi, ornataque oratione explicare posse, & magnis de rebus suam proferre sententiam, magnum quiddam & admirabile uideri solet. Neque

aliud apud florentissimas Resp. maiore unquam in honore fuisse comperimus, quam uiros eloquentes, qui tā priuatis, quam publicis de rebus, & apte, & copiose eloqui possent. Cū igitur magna res, de praestata sit, in dicendi facultate excellere. (Semper enim omnium praestantissimum rerum parens, ac regina habita fuit eloquentia.) de **MARIO CVRTIO** uero eloquentissimo aliqua dicturus, si in huius uitae laudibus aliquatulum inuasor, nempe inepte, aut imprudenter fecisse me existimabit. Neque enim aliam ob causam id oneris suscipere libuit: nisi ut tam praestantis uiri exemplum ad tam utile, ac praclarum munus a Deo homini assignatum uos uehementius accenderem. Attendite quae so Academici nobilissimi, quando de praestantissima re dicere aggredior, & clarissimum eloquentiae exemplar, quod intueri oportet, sum hic hodie uobis omnibus propositurus. Ac illud primum uos arbitror non ignorare, ut dicendi facultate nihil est palidius: ita cū ea nullam artem, nullam disciplinam cū ob rei difficultatem, ac magnitudinem: tum honoris gradu iure conferri posse. Difficultatem testatur in primis optimorum oratorum paucitas. Nam in ceteris artibus neque solum mediocribus, sed etiam maximis permultos praestitisse constat, in dicendi uero facultate atmodum paucos, & qui uix digito monstrari possunt, floruisse legimus. Eam autem et ea re ortum habere existimabimus: Oportet enim Oratorem non mediocri plurimarum artium, ac disciplinarum noticia praeditum esse in quarum unaqualibet si arduam est excellere. Dij boni, quid operae est in multis familiarum ducere? Decet quoque oratorem, praeter summam doctrinam, & maximum rerum omnium usum, & ingenij uiribus pollere, & naturae muneribus ceteris praestare. Quis enim ignorat, linguae solutionem, uocis sonum, magna latera, firmissimas uires, conformationem quandam totius oris, & corporis esse praecipue naturae munere, oratori adeo necessaria; ut, si quis eiusmodi rebus fuerit destitutus, is neque suo officio recte fungi, neque laudem aliquam ex ea re consequi possit. Haec eadem difficultas eloquentiae ortum retardauit. Ita enim natura comparatum est, ut quae diuturniora futura sunt, tardius in hominis auras ueniant; & sepius coalescant. Neque enim statim post creatos homines una cum sermonis beneficio prodijt eloquentia. Nam & ortam, & educatam, & perfectam Athenis disciplinarum omnium matre fuisse legimus: neque incipientibus, sed iam adultis. Ante Periclem & Thucydidem nihil scriptum inuenitur, quod ad ornatum pertineat, & quod eloquentiam redoleat. Anaxagoras dicitur erudisse Periclem Xantippi filium, cuius suauitate maxime delectatae sunt

sunt Athenae, eiusdem ubertatem, & copiam admiratae, dicehndique ui, ac maiestate penē attonite, ac perterritae. Hi fuere Eloquentiae natales, iisdemque ducibus excoli incepit. Hos insecuti sunt plures dicendi magistri, inter quos florere Gorgias Leontinus, Trasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Chius, Hippias Eleus, quibus praestiteret Socrates, & Lysias. Sed multo magis Hyperides, Aeschines, Lycargus, Dinarchus, Demades. omnium tamen gloriam unus praeripuit Demosthenes. Verum ubi e Pyraeo se se extulit eloquentia, omnes Graeciae insulas peragrauit, atque ita peregrinata est tota Asia, ut se externis obliniret moribus; omniaemque illam salubritatem Atticae regionis quasi sanitatem amisit. Fuere Asiatici Oratores non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, sed parum pressi, & nimis redundantes. Neque apud Romanos una cum ciuitatis exordijs accessit eloquentia. Nam M. Cornelio Cethego, qui bello Punico II Consul fuit cum Tuditano CXL anno ante Ciceronem Consulem primum eloquentiae nomen datum fuit, quem florem delibutum populi suadaeque medullam appellabant. Huic M. Cato Censorius successit, cum alijs animi dotibus tum eloquentiae laudibus insignis. Hunc Romanum Demosthenem a ceteris appellatum Cicero Lysiae conferre non dubitauit. Faere cum Catone inter maiores natu C. Flaminius, C. Varro, Q. Maximus, Q. Metellus, P. Lentulus P. Crassus, Inter minores C. Sulpitius Gallus, T. Gracchus, Scipio Nasica, T. Annius Lucus, L. Paulus is qui Africanum adoptauit. Hos secuti sunt C. Laelius, & Scipio Africanus, sed dicendi laus illustrior in Laelio. Successere his M. Aemilius Lepidus C. Carbo, Tib. Gracchus, Tum Q. Catulus, M. Antonius, L. Crassus, Cestiar, Hortensius, quibus omnibus, ut inter Graecos Demosthenes, sic Cicero inter Latinos dicendi elegantia, & ubertate longe antecelluit. Quorsum tam multa de Eloquentiae ortu, deque ijs, qui in ea dicuntur praestitisse, ut scilicet, quod de eius difficultate dicere incepimus, id esset exploratius. Et cur arbitrari ad praesens huius facultatis praesidem factum esse Mercurium, quem *Mercurius* appellauere, quod *Mercurius* hoc est interpretationis auctor esset? quod scilicet sine diuina ope tantam rem minime trahari posse sunt arbitrati. Hunc quoque Deorum nuntium fecere, propterea quod sermo diuinae illius particulae, quae in nobis est, & quam Mentem appellant, index existit. Eisdemque alatum petasum, pedesque talaribus munitos dedere, dextrae caduceum, lateri bipennem, tum fistulam, ut indicarent eloquentia homines indigere tam in uita Theorica, cuius Symbolum caput est, quam in Practica, quam pedes talaribus insignes denotant, nam cetera ad eloquentiae maiestatem, uires, ac suauitatem indicandas pertinent. Finxere quoque eum uirga animas ad tartara detrudere, & in uitam reuocare, quod eloquentis uiri oratio fontes ad supplicium compelleret, probos iudicem sententijs damnatos in uita retineat. Eademque somnos inferre, uel adimere, quod diserti uiri oratio populum modò ad pacem, modò ad gerenda bella conuertat. Quantum uero polleat Eloquentia, ut indicaret Gallia, Herculem effingere consuevit senem, caluam, cetera canum, cute rugosa, & exusta, Leonis pellem indutum arcum laeua, clauam dextra tenentem, pharetra de humeris pendente, tum catherulas ex ore prodeuntes linguae apici adnexas, auro electroque puriores, quibus magnam hominum turbam auribus suspensam alacrem, & reluctantem ad se traheret. Quid tam nobile simulacrum significare arbitrari Academiae acutissimi? Pictura haec eloquentiae naturam, uires, ac maiestatem uobis ante oculos proponit. Herculem namque Gallionem tam corporis uiribus, quam eloquentia, ac eruditione plurima monstrat hoc est arrogantissimos sophistas superasse arbitrati sunt, itaque senem effingebant, quoniam dicendi facultas non nisi matura etate absoluitur, uarijs instructum armis, quod haec argumentorum ui tanquam telorum e pharetra depromptorum reluctantes soleat expugnare. His accedit orationis suauitas, qua homines tanquam cathena au-

ribus diuincti, quo uelis, impelli solent. At uidete quæso, quos fructus, quot commoda, quantos honores pariat diuinæ huius artis difficultas. Primum, quæ res dissipatos homines ferarum ritu uiuentes in societatem uitæ collocant, eisdemque domicilijs coniugijs, litterarum, ac uocum communione coniunxit, nisi eloquentia? Hæc mores, disciplinas quæ præcepit, rogauit leges, iura descripsit; Deorum cultum suauit, amicitias, ac societates sanctissime confirmauit; artes ad hominum usum necessarias excolit, præclarissimorum uirorum gesta describendo à situ, & squalore uindicauit: Hæc medetur animis, sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores, supplicibus opem præstat, consolatur afflictos, miseris salutem affert, pericula arcet, arma suggerit, quibus tectus, uel improbos prouocare, uel inuidos ulcisci possis. Eloquentiæ præterea partes sunt, maximis de rebus suam explicare sententiam, languentem populum incitare, effrenatum moderari, hominum fraudem ad perniciem, integritatem ad salutem reuocare, magna contentione ad uirtutem hortari, a uitijs acriter reuocare, aspere improbos increpare, summis laudibus, bonos esse, cupiditates uehementer inculcandis frangere, tristitia leniter consolando leuare. Quamobrem iure hæc una facultas rerum omnium præclarissimarum non solum princeps, sed etiam parens habenda est. Magnum quiddam censetur consilio, & sapientia Remp. posse administrare, armorumque beneficio eius imperium augere; at multo maius uideri solet formare orationem, uariare, ac distinguere, & quasi quibusdam uerborum sententiarumque insignibus uestire, suamque dubijs de rebus apte, distincte, atque ornate proferre sententiam. Magnum quiddam est in philosophandi scientia excellere, quid in re quaque uerum sit, acute perspicere, naturæ arcana ingenij uiribus penetrare, per multa cognita difficultia, uel scientiæ peruestigatione, uel differendi ratione comprehendere. At multo maius censendum est eleganti oratione posse mentes allicere, uoluntatesque hominum, quo uelis impellere, & unde liber deducere: tum sapientibus sententijs, appositisque uerbis animi perturbationibus imperare. Pulchrum est musicis modulis, poeticisque numeris animos delinire, cantuque suauitate, dulcibusque rythmis omnem tristitiam ex animo expellere posse: sed multo pulchrius omnium sententiæ existimatur ornate perpolitæque dictionis concentu supplicibus opem ferre, consolari afflictos, perditos in uiam reuocare, salutem dare, imminuentibusque, aut præsentibus periculis homines liberare. O uere omnium rerum regina, dux, & moderatrix eloquentiæ. Quid sine te uita hominum esset? non ne feritas? non ne immanitas? Cuius uirtutis præsidij homo à belluis differt, nisi ratione, & oratione? At quo nam pacto homo homini præstat, nisi ornata, & perpolitata oratione? Præclarissimorum Heroum gesta, quibus posteritas ad laudem, atque honestatem incitatur, (neque enim illorum exempla ad imitandum cautum, sed ad imitandum proposita sunt nobis) non ne iacerent in tenebris, nisi ea eloquentiæ lumen accenderet? Historia testis temporum, dux ueritatis, uita memoriæ, magistra uite, nuntia uetustatis cuius rei uirtute censetur, & cuius gratia suum finem assequitur, & immortalitati commendatur, nisi eloquentiæ beneficio? Quid? hominum mentes nonne disciplinæ alunt, ornantque? at tot tantæque bonæ, quibus uita hominum sustentatur, qui percipere possemus, qui retinere? nisi eloquentis uiri doctrina accesserit, quæ docendo, dubiaque enodando nostrorum animorum sensa aperit, & intima penetrat. Patere ne potest cuiquam, quod natura abdidit, abditumque clausit, tum quid in quaque re uerum, uel falsum sit, tum quid rectum, quid prauum; quid denique in uita honestum, quid turpe sit, nisi eloquentiæ clauis omnia diligentissime referaderit? Quod cum optime perspiceret Diuinus Plato sua scripta tanta uerborum suauitate condidit, tanto ornatu illustrauit, ut Iupiter nullius uocibus quam Platoni usus crederetur, si in terras descēdisset. Propterea & Xenophon adeo ornate, adeo copiose, & scripsit, & locutus est, ut uulgo Attica Musa diceretur. Artotele-

stoteles quoque Isocratis gloria permotus, ad eum eloquentiæ operam dedit, ut dicendi facultati multa sumministraret, & adiumenta, & ornamenta, unde non immerito eloquentiæ parens eum modò fluuium uehentem aurum appellat, modò aureum eloquentiæ flumen, modò euidem incredibilem celebrat copiam, & dicendi suauitatem. Animaduertistis, ne unquam Academici doctissimi, cum pulchrum aliquid cogitatione estis affecti, quanta uoluptate animus perfunditur? quanto cumulat gaudio? sed quæ uoluptas ei comparari potest, cum uel nostras sententias alijs ornate explicamus, uel cum alium magnis de rebus eleganti oratione differentem audimus? Quis animi perturbationum uires non uidet, & quàm graui ter, aut amore, aut odio, aut metu, aut ira commouetur animus? Harum commotiones, an non melius, ac facilius sedat differt uiri oratio, quàm Pithagoræ musice? Hæ sunt tigres illæ, rabidique leones, hæ saxa durissima, quæ Orpheum, & Amphionem lenisse sono testudinis, ac mouisse fixere poetæ. Solon Salaminus insaniam simulans pro patriæ commodis, qua arte obstinatas Atheniensium mentes flexit, atque in Megareses aduersus publicum edictum concitauit, nisi eloquentiæ beneficio? poetice tamen adhibuit, ut plus auctoritatis sibi conciliaret, & diuino numine uersus fundere uideretur. Pisistratus hac uia regnum occupauit imperium; dicendo enim Atheniensium uoluntates flexit, ut eius oratione ciues instigati ultrò ad eum derulerint potestatem. Demosthenem tanta dicendi copia præditum fuisse ferunt, ut eo dicente Athenienses, & pacem, & bella susceperint, & suscepta deposuerint, foedera cum regibus iunxerint, iuncta dissoluerint. Pyrrhum quoque inuenimus dicere solitum Cyneam plures eius imperio urbes subiecisse eloquentiæ beneficio, quàm se ipsum armorum, ac militum uiribus. Et cur M. Antonium putatis se natui præcepisse, ut Carneadem philosophum eloquentissimum, qui legatus Romam uenerat, ab Atheniensibus missus, quamprimum expeditisset, atque ex urbe extruderet, nisi quòd uerebatur, ne sua eloquentia ciuium animos, quo uellet, inflecteret. Quid referam Menenium, qui suauis oratione plebem à patribus dissidentem in urbem, ac rudi quodam apologo reuocauit? Quid Furium Camillum, qui populum Romanum Roma Veios migrare uolentem sermonis lepore detinuit? Quid M. Antonium Oratorem, qui milites ad se necandum missos à furore repressit? Quid Romani eloquij parentem Ciceronem, qui proscriptorum liberis persuasit, ut fortunis, & honoribus carere, quàm nouum bellum intestinum excitare mallent? & qui in oratione pro Ligario libellos à Cæsaris manu dicendo excussit? Non mirum igitur, si maximo semper in honore apud florentissimas urbes eloquentes uiri exitere. Fuit enim semper liberatis comes eloquentia: neque alibi magis floruit, quàm in libera ciuitate. Denique quanti ueteres dicendi rationem fecerint argumento sunt publici honores, summique magistratus, quos summis uiris in eiusmodi facultate præstantibus ciuitates summo consensu dedere, quia non ignorabant, quanti momenti sit eloquentia in legationibus obeundis, in senatus, populi que mandatis exponendis, in habendis concionibus, & plebe moderanda, & in rogandis legibus, tum in pace, & bello suadendis, uel dissuadendis. Præterea, quid ea possit in funeribus exornandis, in Panegiricis, in publicis causis, in consilijs dubijs de rebus capiendis, in militum animis, uel comprimendis, uel concitandis, denique in rebus omnibus bene agendis. Iure igitur si quis prudentiam cum eloquentia coniunxisset, hunc tãquam deum aliquem uenerabat antiquitas. Quamobrem sit tot tantæque sunt eloquentiæ commoda; si præclarissima urbes dicendi facultate uiros insignes summis honoribus semper honestarunt, hac in re præcipue elaborandum uobis esse statuetis Academici nobilissimi, qua una homo homini maxime præstat. Excitent uos honores, qui eloquentibus exhibentur: accendat immortalitatis spes certa, quæ eos consequitur, qui de Rep. sunt benemeriti, qui miseros subleuare, qui afflictos consolari, qui supplicibus opem ferre, qui innocentes tueri didicerint.

Quod

Quod si cætera deessent, permoueat animos uestros **MARII CVRTII** nostræ ætatis Oratoris disertissimi singularis eloquentia. Vos ipsi sæpe hanc audistis in publico gymnasio magno litteratorum concursu Philosophiæ penetrabilia, tum Aristotelis Gryphos, ac nodosas illas de Mundo, de anima, de Fato, de creatione, de elementis, de cometis, de Iride, de fulminibus, de quæ cæteris rebus explicatu difficillimis, sed cognitione dignissimis quæstiones eleganti; perpolitæque oratione, tam facile, tam concinne; tam copiose explicantem, ut Marius ipse, non Aristoteles illorum scriptorum auctor fuisse sit existimatus. Quis Marij admirabile ingenium, incredibilè dicendi suauitatem, summam rerum omnium scientiam non admiratur? Quis eum ob innumeras animi dotes præstantissimo cuique anteponendum non putat? De **MARIO**, id uere licet affirmare, quod de Homero, inquit Aristoteles, is & si *tempus* est, omnium tamen acutissime uidet. Mentis enim acie præteruolat media, uidet supera, penetrat infera. Nihil est in naturæ rebus tam abditum, nihil tam abstrusum, quod eius ingenio, & cognitioni non pateat. Nihil in qualibet præclarissima disciplina, & in Theologia præsertim sit tam arduum, tam arcanum quod eius dicendi maiestas non explanet. Nihil tam longinquum, tam remotum, quod eius doctrina non assequatur. Micat, micat, inter omnes Marij ingenium, ut inter ignis luna minores. Verum liber aliquantulum cum bona uestra uenia Academici benignissimi, hic naturæ inuidiam, ac potius malignitatem deplorare, quæ tam præstantes ingenij dotes tam graui oclorum incommodo compensauit. Non ignoro rectum genitrix, hunc tuum esse morem, nihil efficere omnibus numeris absolutum, adeoque malignam esse (& si quod perfectum est, semper intendis) ut nihil afferas boni, quin illud turpi aliquo rependas incommodo: sed in Mario nimirum tui, pietatisque tuæ immemor extitisti: ac potius in tanto uero luminis dono orbando, te ipsam excæcasti qui tamen præter animi tui sententiam ingenij acie eò peruenit, quod paucis oculorum acumine præditis attingere datum est, cæco nulli. Hic si auditu tantum profecit, oculorum beneficio incolumi, quod peruenisset? Te, te inquam excæcasti, non Marium, non enim is est Marius, qui digito possit demonstrari. Marij tecum, Marij uestem damno afficere potuisti, non Marium, qui Lynceo acutius, tua, & rerum opificis uidet arcana. Effecisti id fortasse, quod existimasti, ut ineptus ille Democritus, ad rerum contemplationem uisus orationem plurimum conferre? Stulti id est existimare, non intelligentis, non sapientis. Equidem sic statuo multo plura oculorum, quam aurium beneficio, & melius, & uerius percipi posse. Sed tu **MARI** tantam, & tam grauem iniuriam, quam fortiter, quam patienter, quam sapienter ferre in animum indoxisti tuum? Sustine, ut facis, hoc tantum incommodum, hæc uestimenti tui iacturam non parentum improbitate, ut qui pietate, & religione cæteris antecellunt, illatam, non tuam, qui à teneris in eiusmodi calamitatem incidisti. Præterea hoc unum uel naturæ, uel fortunæ damnum compensa tot uirtutum, & disciplinarum muneribus, ac ornamentis, quibus præditus es, quæ te non modò admirabilem reddidere, sed immortalem. Neque te moueat, quod non uides ea, quæ cæteri. Nosti permulta esse in uita, quæ conspecta mentem à Diuino cultu solent auertere, permultaque contingere, ac de pristino statu deturbari, quæ uisa animam labefactant, audita minus lædunt; cur enim homines sapientissimos ferarum latibula, & asperas montium cauitates incolere maluisse putabimus, quam urbana, ac magnifica testa? nisi ut mentem ab humanis hisce rebus auocarent, quarum aspectus à summo bono hominem abstrahit. Consoletur te felicitas ista, qua solus frueris. Uides primùm eam, quæ cæteri uidendi acie præditi non uident, consoletur securitas. Solus enim in portu nauigas earum expers rerum, quæ cæteros exagitant. Consoletur uirtus, cuius formam solus intueris, consoletur constantia, ac animi robur, quod solus contemnas, quæ cæteri maximo suo periculo ambiunt, & quibus animi circumuallatus oculorum causa assidue

tot

tot curis tanquam furij immanissimis grauissime torquetur. Hæc quoque res magna te uoluptate perfundere debet, quod Deus Opt. Max. te tanquam naturæ potentum mortalibus dedit, tum eloquentiæ exemplar, quod nunc inueniri oportet. Habuit præsertim ætas suam Demosthenem, altera Ciceronem, nostra uerò habet Marium in quo omnia, & Demosthenis, & Ciceronis ornamenta resident. Si quis uestrum eloquentiam affectat Academici solertissimi, proponat sibi ante oculos **MARIUM CVRTIUM**. Est enim in inueniendo acutus, ac celer, in disponendo solers, in ornando uber, in rebus memoriæ retinendis firmus, in agendo uenustus. Eius oratio quam est rei, temporis, ac personæ accommodata, amplis de rebus quam grauis de mediocribus, quam concinna de humilibus quam elegans in demonstrationibus, quam apparatus quam florida in exhortando, quam ardens in uitij arguendis, quam acris in improbis uituperandis, quam aspera in bonis laudandis, quam ornata in cupiditatibus frangendis, quam uehemens in consolando, quam blanda in suadendo, quæ efficax in narrando, quam lenis in iocosis quam festiua omnibus de rebus, quam apta quæ grata quam perpolitæ? Tot igitur ingenij, & industriæ dotibus frueri Mari eruditissime, teque perpetuò si uelim: nam quæ separatim summis uiris bona affluere, ea omnia in te uno collecta esse uideo. Nemini enim dubium est, quin ingenij acumine Chrysippum referas, memoria Cyneam, actione Demosthenem, dicendi lepore Isocratem, sententiarum grauitate Catoem, Verborum elegantia Ciceronem, doctrina Aristotelem, animi probitate Aristidem, morum suauitate Socratem, continentia Xenocratem. Felices ter, & amplius, qui tantam gentem genuerunt parentes. Fortunati fratres, qui tam præclarum exemplum domi habent. Fortunati propinqui, ac familiares, quibus assidue datur tantum uirum, tanta eloquentia præditum maximis de rebus differentem audire. Neque solum his bonis frui decet **MARI** doctissime, sed etiam, quod patrem habueris omnium qui sunt, qui que fuerunt sapientissimum, urbis nostræ decus, ac præsidium, qui publica sanctissimo Senatu à Philippo Rege præpositus, tanta integritate, ac sapientia administravit, ut propter hoc summis honoribus semper fuerit honestatus. Frui quoque licet, quod fratres amantissimos habeas uirtute, doctrina probitate, pietate, ac religione insignes, quos Musis comparare soleo, sunt enim nõ solum omnium optimarum disciplinarum studiosi, sed litteratorum uirorum Mæcenates munificentissimi. Quibus rebus effectum est, ut Academici nostri in Curtiorum tutela esse uelint, idque cæterorum exemplo, Nam ut Syracusanos Romæ Marcelli tuebantur, Lacædæmonas Claudij, Puteolanos Bruti, Neapolitanos Lycinij, Bononienfes Antonij, Velienses Trebatij, eodem pacto Curtiorum familia clarissima Academia nostræ patrociniū suscipiet. Quamobrem fratres unanimes sumite nostrorum Academicorum tutelam, tot enim tantisque patronis fauentibus, nihil aduersi, nihil mali eis contingere poterit. Tu uerò Mari optime, ac doctissime, qui in hac familia plurimum polles, & qui nostræ militiæ hodie tam benigne interfuisti, adspira nostris inceptis. Te patrem, Te patronum, Te Mæcenatem expetimus, Tu, qui tam pie, tam Sanctæ ex alto Christianæ Reip. suggestio pro populo preces fundere, admirandaque diuinæ legis arcana maxima contentione, & incredibili dicendi facultate explicare soles. Tu, quem antea Italia, nuper etiam Hispania, quod te pietas duxit, maximis de rebus differentem magnopere est admirata, Tu, quem Hispaniæ proceres non solum itala, sed etiam Hispana lingua de sacris rebus concionantem admirabili cum uoluptate audiuere, & quem tanta benignitate **PHILIPPVS** ipse Rex sapientissimus complexus est, ut te in suorum concionatorum numerum ingenij tui præstantiam admiratus sua sponte adiciuerit, ut eximias uirtutes tuas digno aliquo munere prosequeretur. Quod etsi per se amplissimum est, eò tamen maius censeris debet, quod inter exteros primus eiusmodi honorem es affectus

tus. Tu, Tu inquam MARI non minus pietate, quam eloquentia præstantissimè de hoc Academiae tuæ, quæ ex humanitate tua pendet, Precare, obsecra CHRISTVM dominum nostrum, ut nos nostraque protegat, utque non solum nos præceptorum suorum auditores, sed etiam seruatōres reddat, ut quæ ipse præcepit, animis concipere, ore fateri, operibus comprobare possimus; cæteri que nostro permoti exemplo virtutis iter ingressi optime sciant, cui habenda sit gratia, laus, honor, & gloria.



PRO EXERCITATIONE

ET DE BERNARDINI ROTÆ EQVITIS
ORNATISS. ET POETAE ERVDITISS. LAVDIBVS.

O R A T I O VIII.

HABITA EST A FABRICIO SCORCIATO CAMILLI F.



DICTVRVS De exercitationis laudibus, & in cœtu hominum litteratissimorum hac ætate præsertim, ad dicendum inepta, non possum, non magnopere commoueri; si quidem ad id optime peragendum ne exiguo quidem ingenio præditum me esse uideo, nulla dicendi exercitatione munitum, nulla denique eruditione ex optimarum disciplinarum studijs parta sustentatum. Quare cum tot uiros non solum in dicendi facultate præstantissimos, sed etiam omni summa doctrina ornatissimos hic adesse uideam, & BERNARDINVM illum ROTAM præsertim literariæ militiæ præcipem amplissimum, in quo summa sunt omnia, Dij boni, quanto metu & frangi, & debilitari me sentio, quam tota mente, atque omnibus artibus contremisco, ne apud uos admirabili ingenio præditos, summa eloquentia præstantes, in optimisque studijs multum, & sæpe uersatos uerba facturo haud secus contingat, ac quondam Græcorum eloquentissimo Demostheni contigisse ferunt, cum apud Philippum Macedoniae regem concionaretur, & ut eruditissimo Ciceroni, qui in causâ T. Milonis ita expalluit, ita de sua dicendi maiestate defecit, ut rerum omnium penè uideretur oblitus. Verum illud me magnopere confirmat. Video uos singulari humanitate insignes nostrorum studiorum esse patronos, ac tutores acerrimos, & literariæ Reip. Mæcenates munificentissimos, qui benignitate uestra diffidentes confirmare, afflictos erigere, perditosque recreare soletis. Has mirificas animorum uestrorum dotes mihi ante oculos propositas semper intuens, quantum in me erit, & quantum oratione mea efficere, & consequi poterō, inceptam prouinciam persequi non dubitabo. Atque cum ipse mecum confidero quot de causis homines ad aliquid peragendum impelli soleant, tres illas sentio esse præcipuas. Nam sunt qui uirtutem rebus omnibus anteponentes honoris stantis amore ducuntur tantum: neque quidquam aggrediuntur, quin primum exacte inquirant

inquirat honestū ne factu sit, an turpe id, quod in deliberatione cadit. Sunt alij, qui uitæ cōmoda ambientes, nihil moliantur, nisi quod utilitatē aliquā præferat. Sunt denique qui uoluptati dediti, quæcumque tristitiam parere possent, pro uiribus declinantes, nihil appetunt, nihil admittunt, nisi quod iucunditatē aliquā parit. Tria hæc si qua in re inesse simul uidebimus nos imbuti rebus optimis, quo animo, quo studio ea complecti debemus? Hoc in numero diuinā hanc animi exercitationē, quā in præclarissimis reponimus, collocandā esse statuo. Ea. n. quid honestius, quid utilius, quid iucundius sit, non facile quisquā inueniet. Siquidē qui animū in honestis disciplinis exercent, eos & laude, & utilitate, & uoluptate maxima frui uidemus. Quod adolescentes illi Romani, qui gloriæ studijs magnopere accendebantur, non ignorantes in fictis causis se assidue exercebant, ut in ueris præclare se gerere potuissent. Videbant enim ingenium ferro adsimile esse, quod cum nō tractatur, rubiginē contrahit, dum uerō exercetur, miro splendore nitescit, nec minus agrī naturā referre. Nā ut is quamuis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest: sic animus sine doctrinæ studijs ad nullā frugē potest peruenire. Videte (quæso) optimi Academici, quæ ab hac uirtute cōmoda proficiantur. Exercitatione & intelligendi prudētia acuitur, & eloquēdi celeritas excitatur, memoria, quā eloquentiæ thesaurum appellant, firmatur, atque alitur. Vnde non ab re Caro apud Ciceronē assererat se ius augurū, ius pontificū, ius ciuile tractare, multū etiā græcis litteris uti, Pythagore orūque more exercēdæ memoriæ gratia, quid quoque die dixisset, audisset, aut legisset, uesperī cōmemorare consueuisse. Eadē exercitationis uirtute doctrina paratur, lingua acuitur. Quod nō ignorās græcæ eloquētiæ princeps Demosthenes, (ut in eius uita ab uide testatur Plutarchus) cū & uoce, & lingua laboraret, subterraneū sibi parauit locū, quo quotidie descendens gestū, ac motū corporis fingebat, uocēque aptabat: Sæpe et domi duos, aut tres menses abdit, quæ postea palā dicturus esset, assidue meditabatur, idque abralo capite, ut exeundi facultatē sibi ipsi præpereret. Lingua quoque nitia (ut Demetrius refert) iniectis in os lapillis emēdauit, uocē uerō currēdo scādēdo inter pronuntiandū auxit. Qua uia quantā sibi laudē cōparauit, nemo est, qui nesciat. Romani eloquij parens Cicero cū uoce aspera, incōptaque esset, ut L. Syllæ tyrānidē effugeret, Athenas profectus Antiochi Ascalonitæ linguæ suauitate allectus tantū exercitatione profecit, ut cum apud Apolloniū Rhodi græcæ illius iussu declamasset, cæteris eius eloquentiā admirantibus, mirisque laudibus eius eruditionē essentibus, ipsum ferunt iā primū stupore ingenij oppressū, tacitūque; diu stetit, tandē in hæc uerba prorupisse. Te nepe Cicero laudo, & admiror, sed Græcorū fortunæ me miseret, cū uideā eruditionē, & eloquentiā, quæ sola bona nobis erant relicta, per te Romā portari. Ad hæc, exercitationis uiribus naturæ lumen illustratur, artis adiumenta cōparatur, uirtutis denique semina omnia augentur. Magna uis est exercitationis. Qui frequens tellurem exercet (inquit ille) is imperat aruis. Atque si Aranea pusillum animal artem exercens texere didicit, quid nos homines ratione præditi assidue dicendo linguam, & ingenium exercēdo nō consequemur? Luscinia parua auicula magno studio uersus meditatatur, quos à matre accepit, ut cantū dicat, nos instituti à natura rebus optimis nō assidue memoria repetemus, quæ à nostris doctoribus quotidie accipimus? Atque si ad maxima certamina athletas, aut Lanistas educaremus, an nō ipsos ad certamen educeremus, ut cū nullo antea decertassent, nullumque de sua arte periculū fecissent? uel si nos ipsi pugiles essemus, nō ne pluribus ante diebus (ut ait Plato) pugnare didicissemus, omnia facientes, quibus in uero certamine, ubi ad uictoriā cōtenditur, uti oportet, quam maxime ad id, quod uere futurū est, accedētes, ita armis instrueremur, ut uulnera, & inferre, & uitare præmeditatione discerem? Haud secus, & quæ litteras proficere, ut aliquādo in lucē magna cū laude progredi ualeat, in umbra cōuenit exerceri. Quod si cætera deessent, an nō illud præcipuū esse statuem? Nullā reddi oportere rationē eius tēpōris, quæ in liberalibus studiis cōsūpsum, cū illius nos maxime poenitere opus sit, quæ uel otiosi prætermisim, uel inania quædam peragendo frustra trāseginimus. Illud quoque maximū est, fortunæ temeritati non

subiacere, quod is præcipue assequitur, cuius animus in optimis artibus versatur. Nihil enim, aut nõ multũ ei fortuna obesse potest, qui sibi firmius in uirtute, quã in casu præsidũ collocauit. Dicerẽ plura in eiusmodi sententiã Academicum doctissimũ, nisi uosmet multa hic de fortunã insidij, & de artis laudibus dixisse, & audisse nõ ignorarẽ. Quẽ de fortunẽ incõstantia diuina suere, ea arbitror uestros omniũ animos magnopere ad uirtutẽ accendisse, sed nihil magis insãm mare uos debet, quã BERNARDINI ROTAE præsidis nostri, & nobilitate, & doctrina præstantissimi studia, cuius insigne cur Rotã esse existimabitis? Arbitror nos fortasse alijs de causis id factũ esse existimari, atq; ipse scitio, & ac res ipsa indicat. Sed eã uerã esse putabitis, quod diu multũq; cũ fortuna colluctatus est, tãdẽq; ex ea præclarissima parta uictoria hoc sibi trophãũ in hominũ cõspectu erigẽdũ prudẽter statuit. Scitis, n. apud ueteres imperatores, ac fortissimos duces hũc morẽ semper extitisse, ut quẽcunq; fortiter gessissent, & qualcunq; urbes expugnassent, uel nũmis, uel marmoribus, uel clypeis gestarũ rerũ imagines excudẽdas curarẽt. Neq; alijs armis instructus uir iste præstantissimus aduersus humanã rerũ dominã prodijt, quã optimarũ artiũ studijs, in quibus quãtũ profecturus esset, & quã inde palmã relaturus, à teneris specimen clarissimũ extulit. Soler, n. plerunq; cõtingere, ut ab incunabulis signa, quẽdã pueri in magnos uiros euasuri, efferrãt. Naturales igniculos hos Plato apellauit, quẽ sunt ueluti uirtutis seminaria. Arist. ut eius uocabulo utar, quasi procliuitates, & propõsiones quasdã, Cicero modò igniculos; modò semina interdũ elemẽta uirtutis, & paruas notitias rerũ maximarũ, quas nihil esse aliud cõsent, nisi exiguas uirtutũ scintillas, quã multo ante futuras flãmas solẽt iudicare. Alex. Magnus cũ Philippus pater multa præclare feliciterq; gereret, minime ex illis rebus letitia affici ostẽdebat; itaq; pueris æqualibus dixisse ferunt patrẽ nihil sibi relinquere, illis uerò annuentib. Philippum omnia ei parere, respõdit. Quid profuerit, si multa possidens agã nihil. Videte iã ambitionis scintillã clare micantẽ. Idẽq; patri hortatũ, ut in Olympijs curreret, facerẽ Inquit, si reges habiturẽ esse cõcertatores. Quib. ex uerbis iã agnoscere licet excelsum animũ neq; cuiquã in certamine laudis, & Imperij facile cessurũ. Themistocle ferunt, cũ adhuc puer esset, ubi à discẽdo uacabat, nõ otuari solitum, sed orationes cõponere, quib. aliquẽ puerorũ se accusare, aut dẽfẽdere simulabat, omnesq; disciplinas, quã uerò uoluptatẽ tantũ parerẽt, respuere, quibus signis magister incitatus, cum uel optimum, uel pessimum fore iam tum animo concipiebat. Demosthenes adhuc puer cum ad audiendum Callistratum de Oropia causã orantem admissus fuisset, cum illum causã præclare perorata à concione deduci uidisset, & felicẽ prædicari futurã eloquentiã signum extulit, ostendit enim se eiusmodi honorẽ uehemẽter expectere. Quare illius gloriã æmulatus ad eam dicendi facultatẽ peruenit, qua inter ceteros oratores obtinet principatum. Ouidius adhuc puer forẽsi studio patris imperio ad dictus, in eo diuitius nõ permãsit; nã quod tẽtabat dicere, uersus erat. Et si licet sacra misere profanis (cũ de uiro Christianẽ pietatis obseruatissimo sit sermo) Origenẽ inuenio in pueris adhuc degẽtẽ patrẽ suũ Leonidẽ in Episcopatus gradũ adscitũ sepe de abditis sacra paginã mysterijs interrogare solitũ fuisse, adeo ut pater pccõcẽ filii sapientiã admirarẽt. Et ATHANASIVM illũ magnũ Nicenã heresis acerrimũ hostẽ à adhuc tenellã ætatis in puerorum agmine ad mare colludentiũ episcopũ se finxisse, & antistitis morẽ aqua illos perlustrasse, ut in lustrico die fieri solet, & ex illis alios diaconos, alios presbiteros instituisse. Quod cum Alexãder præsul alexandrinus uideret captiuo futurã uirtutis omine Athanasiu, ceterosq; pueros parentibus erudiẽdos in ijs, quẽ per lusum fecerant, cõmendauit. AMBROSIVM quoq; cũ puellus adhuc esset, aiunt læpe manũ fororibus, quã osculo peterent protendisse, quia uidelicet magnus episcopus futurus erat, cuius manũ osculo uenerari solemus. D. Thomã Aquinatis (ut de nostris ali quid referã) uitã sanctitã futura, summaq; in sacra paginã arcanis eruendis præstantia nõ ne ab incunabulis sese extulit, futuriq; luminis scintillas emisit, cum schedulã, in qua

Angelo

Angelica inerat salutatio, quã ei de manibus mulieres quãdam extorquere conabatur auerissimẽ in os ingessit? tum etiam cũ uagientẽ nullã res nisi oblari libelli sedare poterant? idemq; quã profanarũ rerũ futurus esset hostis acerrimus, non ne clarissime indicauit, cum uix in uicinis annũ omnes codicillos è paterno scrinio eductos diffecit, diffectosque misere dicebat? Hanc, pluraq; alia elegantissime describit PAVLVVS REGIVS in libello de eius uita quem sub prælo habet mox præsentib. posterisq; magnopere profuturũ. Quorsum igitur tã multa? ut uobis iudicã Bernardinũ Rotã cum tenella ætate esset, animi propõsionẽ ad poetica studia clarissime extulisse, id enim attis cum esset, de quanis proposita materia, & amatoria præsertim, quã mirũ in modum delectabatur, exiguo tẽporis spatio magnũ numerũ optimorũ uersũ dicebat. Quamobrem cum neque adhuc, x annũ attingeret, cumq; in contentu præclarissimarũ matronarũ aliquando colludens uersaretur, ab eis demq; benignissime acciperetur, uel diuina uiris fide dignissimis primarias illas sceminas, ut Bernardini ingenij pericula facerent (multa enim de ipsis solertia, & uersus fundendi celebritate, ex tempore audierant celebrari) amatoriu quoddam proposuisse argumentũ. Quod, cũ ipsi hilarifronte accepisset, secessit in proximũ cubiculũ, atq; in paruã schedulã, quã ad manũ aderat, Musis fauentibus tanta copia uersus conscribere coepit, ut deficientẽ paginã, in tabella, quẽ paginã plutei usum præstiterat, quod inciperat, exarare cogeretur. Eã carmina neque adhuc incepisse existimabant nobiles illæ mulieres; cũ ecce tibi Bernardinus pagellã alterã manu tenens, alterã in humeris tabellã sustinens cubiculo egreditur, Sãonẽ illũ cum ualnis ex urbe Gaza prodeuntẽ eum referre crederent, aut Celsarẽ in Alexãdrino bello cum cõmentarijs, & cũ paludamento enatantẽ. Quo spectaculo quẽrissimã matronis illis mirifice eum expectantibus primũ excitatis, uelto iudicio considerandũ permitto. Aut ubi uentus pronũciare is incipisset, Dij bonũ quantã in admirationẽ omnes traxerunt; quantãq; de se ipso expectationẽ concitauerunt, qui cõplexus, ò gaudia, quanta fuerint, cum propositũ thema non solum uentus uerbis, aptisq; numeris ornãtũ, sed etiam grauib. sententijs, præter etatis eruditionẽ referunt audirent. Quamobrẽ magna uoluptate omnium animis affectis ex eo tẽpore non solum matronæ illæ, sed omnes, qui affuerant, & omnes qui id postea audiuerunt, pueri ingenij, magnopere sunt admirati, eamq; de eo præstantiã futurã animo cõcepere, quã paulo post exarã, omne aleã est consecutus, quod eius scripta poemata, quã doctissimorũ uirorum manibus temperantur, clarissime testantur, sunt enim omni uenustate, omni lepore condita, & multiplici eruditione repleta. Hanc laudã, palmãq; quã paucis contingere solet, B. assecuti putabitis non naturã tantũ ducẽ, sed etiam artẽ, & diligentiam, tum assiduis uigilijs comitibus. Illam enim (siue ingenij specimen, uel adoleũ uultis appellare) multis laboribus auxit, neque solum per se multa inueniẽdo, sed etiam, ab eruditiss. præceptoribus, & ab Epicuro homine eruditissimo præsertim plurimã addidit, quibus rationibus ex Platonis sententiã disciplinã ipse parantur. Neque id solum Neapoli, sed etiam in alijs Italiã florentissimis urbibus. Nã quas ipse celebres urbes non adiit, & quas regiones nõ peragravit, quos uiros nobilissimos, & in quolibet disciplinã præstantissimos non audiuit, ut quã animo cõceperat, optime assequi potuisset, sciebat enim pergrinationes ad doctrinã comparandã plurimum conferre, eosq; qui in Philosophia, aut in mathematicis, aut ceteris in facultatibus familiaris maximas, ac longinquas regiones adiisse, ut illas percipere potuissent. Nã quid putãtis Academicum Homerũ significare uoluisse, cũ uisus illũ multisq; tot regiones exterrẽtẽ fecerit? Quid est illius nauigatio ad Aeolũ nisi quia naturaliu rerũ, & uentorũ in primis rationes, ab illo accepit. Quid ad Circẽãgressio nisi quia ab eã magiã didicit. Quid ad Calypsorũ, quã ab eã in Astronomicis eruditus fuit. Neq; alia de causa eũ tãta rerũ pericula, ac sapientiã præditũ facit, nisi quia pergrinatẽ hominẽ ingenio abundare oportet, ut ceterorũ moribus se accommodare, & quid agẽdũ, quid ut fugiẽdum sit, nõ ignoret, ad optimũ finẽ oĩa

referre, ad patriæ scilicet emolumenta, & ornamenta. Per multa sunt peregrinationis commoda, sed illud præcipuum, quod memoriam in primis auget; quam uos non ignoratis ad disciplinam perfectam, absolutamque rationem plurimum pollere. Nam & si qui acri iudicio, ac ingenio præditi sunt, ingeniosi, doctique; appellari solent, magnam, ac fortasse præcipuam partem sibi uendicat memoria, quâ qui pollent; eodem nomine digni redduntur. Est namque memoria ingenij thesaurus, cui multum tribuendum est. Nam ut multa memoria experientiam pariunt, ita experientia artem. Huius facultatis beneficio celebris fuit apud Græcos Themistocles, qui omnium suorum ciuium nomina in memoria tenebat, celebris fuit, & Cyneas Pyrrhi legatus, qui postridie quam in urbem uenit, curiam ingressus, senatum, atque equestrum ordinem suo quenque nomine salutauit. Nec minus inclutus fuit & Cyrus Persarum Rex, qui sui exercitus milites proprijs nominibus compellabat. eodem in numero præter cæteros fuisse Mirridates, qui xl gentibus, quibus imperabat, sua cuique lingua ius dicebat, & Q. Fab. Max. qui non domestica solum, sed etiam externa bella memoria tenebat. Micat inter hos & Bernardinus noster, qui non solum sua scripta, quæ & plurima, & maxima sunt, sed etiam cæterorum illustrium poetarum memoriter pronuntiare solet, neque solum sua memora, sed etiam aliorum per belle, & uenuste recensere. Eius scripta si percurrere uellemus, summam eius diligentiam, ac singulare studium, quibus artibus in illis componendis usus est, facile cognoscere possemus. Est in epigrammatibus argutus, in elegijs dulcis, in eclogijs lenis, in odijs uentus, in comicis festiuus, in repticis magnificus, denique in uerbis elegans, in sententijs grauis. Nullum enim carminum genus, est in quo Bernardinus non luceat, non enitescat, non per multis doctis, præteris antecellat. In ipse (quis) Academici assidue Rotæ scripta, & uoluite diligenter. Nihil enim in illis est, quod non politum, quod non uentum, quod non omni gratia, lepore, ac honestate referuntur sit. Non poterant impudica ex casta mente in lucem progredi. Est hic poeta castissimus, purgatissimos mores proficitur, ut qui castitate, integritate, animi candore, ac sinceritate insignis existit, etiam in comicis tam modestus est, tam lepidus, tam castus, ut in ijs moralis Philosophiæ imaginem expressam facile inueniatis. Taceo huius uiri dicendi leporem. Nam quantam sermonis suauitatem in mutuis colloquijs, adhibeat, ex cuius ore melle dulcior fuit oratio, quales faceris efferrat, quanto sale conditas, quæ apophthegmata, quas sententias, præstat experiri, quàm uerbis infeliciter explicare. Illud quoque præter cætera eius animi puritatem, ac pietatem indicat, quod non per in Aeglen suam uillarum omnium pulcherrimam secessit, ubi libentissime commoratur; siue quid secum ipse cogitat, siue quid scribit, aut legit. Est uilla Aegle nymphæ dicata, quæ ipsum dulcius amplectitur, atque Aegeria Nomâ illum æquitate, ac religione insignem. Hæc amenitate, loci salubritate, fructuum ubertate plantarum copia, prospectu lucullianam proximam uillam, uel Ferdinando ipso Treuici regulo iudicè, longe superat, sed nullâ re magis antecellit, nisi quod Bernardinum in sinu complectatur suo, quo Parthenope nihil habet integrius, nihil eruditius. Quare nemini in sum uideri debet, si eius scripta tanto cultu, tanto nitore, tanta que suauitate aspersa sunt, ut Musarum unguentis delibuta esse uideantur, quod in ea uilla ea perfecit, quæ mira fœtetur cœli clementia, & quam Musarum manibus non humana ope constructam censeas. Hanc ob causam nemo est, qui cum primum illuc accesserit, quasi religione quadam commotus eam tanquam augustam quoddam templum non ueneretur, & qui Rotæ patrôno optimo prosperam, æquabilemque fortunam, uitamque diuturnam non precetur, & optet. Neque existimabitis Academici effectam eius esse senectutem; Nullus enim dies est, quod non pulchri aliquid tanquam ex locupletissimo penu assidue depromat. Totus est aut in excellentiû auctorum lectione, aut in poematum compositione; eum ab eiusmodi studijs, neque somnus unquam retardat.

uit, neque uoluptas auocauit, neque ualetudinis incommodum unquam abstraxit, omne tempus, quod uel naturæ necessitati, uel amicorum officijs, uel domesticis negotijs subtrahi potest, id ipse legendo, meditando, aut præclara aliqua scribendo consumit. Quoties hunc inueni in lecto iacentem, ex pedibus grauitate, aut ex latere laborantem, libris tamen undique septum tanquam amuletis quibusdam præsentibus; eos enim legens quiescere aliquatim posse uidebatur, dolorisque molestijs minus opprimi. Tantus est in libris legendis, tantus in lucubrationibus expendendis, tantus in aliorum scriptis expurgandis, ut alterum Plinium, alterum Zenonem, alterum Aristarchum nostra tempora habere uideantur. Utinam diu habeant, ut tanto ingenio, tanta orationis suauitate, tanta comitate, quanta in uno Bernardino emicat, quotidie, & diutissime perfruamur; atque ut literati uiri, quorum ipse Mæcenas est munificentissimus, miseris rebus per fugium aliquod habeant, quò in tempestate confugere ualeant. is enim ferè solus miser e agentium est portus, & aura. Hic igitur si talis tantisque existit, quem uobis (ut potui) ostendi, neque solum naturæ beneficio, ac dono, sed etiam exercitationis, & industriæ ope, ac munere: si summis studijs, & laboribus tantam laudem esse consecutus, quid reliquum esse statuetis: nisi precari primum huic seni Nestoris annos, omniaque uitam, quæ faciunt beatiorum, tum eius purgatos, castosque mores emulari, religionem, pietatem, comitatem, cæterasque animi dotes, quibus Deo, & hominibus gratissimus est: tum denique exercitationem, que assidua, qua sibi doctrinam comparauit. Proponite igitur uobis ante oculos gloriam; qua uiuens huiusce exercitationis gratia, quam dico, inter præcipuos uiros enitescit, ut eius uestigia sectantes, eam uos quoque consequi possitis. Intuemini humanitatem illam, quæ uerè eius nobilitatem, & maiorem claritatem indicat. Admiramini ingenium, quod ipsam sapientem ostendit: singularem morum præstantiam, quæ uiram bonum, summam diuini cultus reuerentiam, quæ pium, uniuersa denique animi munera, quæ immortalium reddiderit. Sic ad eius laudem, atque gloriam, quibus rebus omnes trahimur, & ducimur, non modò peruenturos esse sperabitis, sed etiam animo fixum, immotumque habebitis.

EPIGRAMMATA IN ACADEMICORVM, QUI E VI
TA EXCESSERE HONOREM EDITA.

FABII LOFFREDAE ANT. F.

In obitum FEDERICI Carafæ Patricij summis ingenij, &
humanitatis dotibus clarissimi.

EPIGRAMMA



V Flos in pratis duro succisus aratro
Hæc decus Italia sic FEDERICE iaces.
Qui Heroas cuncto nitido fulgore iuuenta
Anteibas quondam, nunc tegit atra dies.
Qui tum Mæcenas aderas uirtute parens
Instructus doctis impia Parca premit.
Fundite certatim uiolas, & Lilia Nymphæ

*Nil equite hoc uixit, credite, floridius.
Non hæc nunc affert Hyacintho munera Phæbus
Nec niueo iuueni, quem gemit alma Venus.
Talia Parthenope mandat, sed funera alumno
Quo nunquam uidit maius in urbe decus.*

**BALDASSARIS BENEDELLI IN OBITVM IOANNIS
BONONIÆ adoleſcentis primarij, ac honeſtiſſi.**

*Quis ſenis ablatum Pylij te tempora dignum.
Vincere IOANNES non fleat ante diem?
Nanque pudor cecidit tecum, pietasq; fidesq;
Et probitas, qua non eſt reperire parem.
Ingenij, eloquij & flore, & uirtutis alumno
Te tua ſe orbatam patria maſta dolet.
Aſpera te terris ſolum oſtendere, at iniquum
Ad ſedes uitij fata tulere poli.
Cura, dolorq; tuis celefti neſtare maius
Neglecta humana conditione fruſ.
Quod ſi nos triftes uno hoc ſolabere, ſummum
Deleat, ut patrem crimina noſtra precans
Mortales te inter lati celebrabimus omnes
Fama tua, & laudis neſcia moris erit.*

**HADRIANI CARAFÆ IN OBITVM CAROLI BONO-
NIÆ ſingulari uirtute, ac pietate clariffimi.**

*Nasce iterum Arpinas in te eſt mihi CAROLE uiſus
Tam dulce in puero floruit eloquium.
Quod ſi fata ſuis hauiffent auribus atra,
Heu tua forte forent ſtamina perpetua.
Vel ſaltem non te primis florentibus annis
Ornaſſent gelidum tam ſubito lapidem.
Non mea, non patrie ſpes maxima dempta fuiſſet.
Huic quia te genuit, mi quia te docui.*

**PROSPERI PASCHALIS IN OBITVM IOAN. IACOBI
SVRGENTII equitis ſuauiſſimi, & eruditiffimi,**

*SVRGENTI ad magnos rebar te tendere honores
Cum Parca infelix extulit inferias.
Heu miſerande puer nobis, miſer oſq; parenti
Liquiſti gemis munera nota petens.*

Vidimus

*Vidimus in terris ſurgentem Palladis arte:
Surgentem in celis nunc ſuper aſtra uidene.*

**IVLII CORTESII IN OBITVM CÆSARIS BRANCA-
CII. Equitis Honeſtiſſi.**

*Appulis ad celos animum uix optime CÆSAR
Et mundo egreſſus, qua cupis, aſtra colis,
Terrea que noſcis, terra deponis, & umbras
Effugiens imas lumina celſa petis
Aethereos te ignes poſcentem ſidera poſcunt;
Sic latus ueram confugis ad patriam.
Tu ſpe prot: Etus uolitans nunc proxima cernis
Munera magna Dei, premia cara tibi.
Inſcius inferior deſuncto CÆSARE mundus
Sideres hortos inuidet, & lacrymas
Cæſarea patrem luxerunt cæde Quirites
Dum fugis (Heu miſerum) Parthenope uidua eſt.*

**PROSPERI GALLVCI IN OBITVM OCTAVII SAM-
MARCHI iuris utriuſque doctiſſimi uirique eloquentiſſimi.**

*Dicendi Veneres tuaq; ipſa peritia legum
OCTAVI innumeris associata bonis
Vt non inuideant faciunt hæc ſacula priſcis:
Eloquij ars eſt inſita tanta tuis.
Eiſ mors dubitans ſuaderi poſſe, uel ipſi
Sic te immaturo funere ſurripuit.
Digna tibi eximij reddent monumenta Rinaldi
Premia uirtutis nullo abolenda die.
Hunc oratorum que uis mirabitur atas
Aeternumq; tibi nomen ubique dabit.*

ANNIBALIS CARACCIOLI IN OBITVM NESTORIS CARACCIOLI

*Conſilijſ poterat NESTOR ſuperare priores.
Et qui Gregorum gloria magna fuit.
Sed tua ſors uoluit, pietas te tolleret ante
Quam ſpecimen magnum redderet ingenium.
In terris poterat magnos ſpectare triumphos:
Sed ſuperum pompe nunc placuere magis.*

Ergo

*Ergo alacris terras linquens supera alta petisti:
Et datur æthereis semper adesse chorus.*

LATINI TANCREDI IN OBITVM CÆSARIS CVRTII
ingenio; & dicendi Lepore præstantiss.

*DVM frueris CÆSAR generose flore iuuenta
Plurimaq; adiungis munera Palladijs;
Inuida lætheo sperans te mergere somno
Mors secuit uitæ stamina longa tua.
Sed spes uana fuit: cælestes incolis oras:
Et solitat nomen docta per ora uirum.
His etenim, quibus hæc non cedunt tempora prisca
Rinaldi grauibus sepe legere libris.*

FRANCISCI MASSARII IN OBITVM IOAN. BAP. LE-
poris Iuris utriusque doctiss. ac iuuenis modestissimi.

*Espe Parthenope laudis deiecta futura
Tristi formosus irrigat imbre genas.
Quod Tyrrhena sui studio sperabat alumni
Carmina Campanæ terga datura lyre.
Et fore, qui dubijs reddens oracula rebus
Omne foret patriæ lumen, & omne decus.
Ni te Persephone luctu merisset acerbo
Rupissetq; auida stamina cæpta manu
Ni primo teneræ cecidisses flore iuuenta
Dulcis mellifluo plene lepore lepus.*

MICHAELIS ZONELLI IN OBITVM IOAN. PETRI CORTESII.

*Te quoque IOANNES uridi rapuisse iuuenta
Fertur ad altisonas mors Heliconis aquas:
Fœta ubi Calliope Lacrymis sub nocte profunda
Mœsta serit tumulo carmina marmoreo.
Læta tamen superi: celso nam despicias axe,
Qua lustrat radijs ætus Apollo suis.
Esse igitur lacrima procul, ò procul este tenaci
Pectore ab Ausonia Parthenopes gemitus
Quando ego tot lacrymis, tanto reperfactus amore
Et dolui, & cessit pulsus amore dolor.*

FORTV-

FOR TVNATI FIDELIS IN OBITVM CÆSARIS CARLV-
CII IOAN. VINCENTII F.

*Quod sit nunc Cæsar supremis redditus astris
Ac nitidum abruptis mors uolens a diem,
Haud equidem a sidue iacienda in fata querela
Nec flendum est raptum tam iuuenile caput
Scilicet ut felix æterna uiueret arce,
Mortali hoc nostro maluit orbe mori.*

AD LECTORES.



OST IOAN. ANDREAE Sacri Senatus præsidis Clariss. obitu,
quem nostis omnes Lectores humanissimi extitisse, dū uisit, littera-
torum singulare præsidium, ac decus: eundemq; nostris lucubrati-
onibus imprimis fauisse, suaq; impensa curasse, ut in lucem prodirent,
prope erat, ut Academica nostra naufragium una cum eius morte fa-
cerent, cum post aliquot annos fluctibus penè obrutis præsto affuit sa-
lutaris Zephyrus IOAN. ANTONII CARACCIOLI Mæcenatis mei munifi-
centissimi: cuius benignis auspicijs, ac liberalitate effectum est, ut periculis liberati ce-
tèra typis mandarem. Quæ si cuius momenti sunt, ea omnia tanti Principis benigni-
tati accepta referetis, qui me domi suæ tam benigne accipit, ut propter hoc, nedū pro-
pter eximias animi dotes, quibus eum referri uideris, summis honoribus dignū cælea-
tis omnes. Scite eum nullis parcere sumptibus, ac laboribus, ut in apertum prodeant
scripta nostra in suis ædibus orta, quæ permulti cupidè expectant, & præcipue sanctis-
simæ Crucis symbola: tum Poëticae siluæ Theatra, quæ iam in as' incidenda dedimus,
propediem, ut spero, Deo auspice, proditura. Iam in manibus erant, & orationes qua-
dam de Historiæ, de Astrologiæ, de Militaris discipline, de uirtutū laudibus, & alia ad-
uersus otium, compluresq; alia uarijs illa, nostris dicatè cibus: sed eorum illiberalitas
me ab incæpto retardauit. Dabuntur aliquando si ijs, quibus dicatae sunt, IOAN. AN-
DREAE, aut IOAN. ANT. Principis munificentijs, liberalitate se dignos præstiterint.
Laudes omnes expetūt; at impensas subterfugunt. Verum aut hæc illarū causa faciēda,
aut illæ harū fuga amittendæ. Præterea si quos forte immerētes aliquot laudibus affe-
ctos deprehēderitis, cite me primū mēdacijs pœnas dedisse, & graues. CC enim nūmis
aureis, & amplius multauit me Veritas, quos magnis mihi laboribus parauerat, ne quid
tale posthac temere aggrediar: atque eadem imperauit, ut ingratos omnes assidue præ-
meferam. Sed quis tam numerosum gregē poterit recensere, excepto uno, aut altero,
ceteri in eadem albo essent reponendi. Sed hæc hæc tennis. Titulis aliquot ciues hone-
stados censui pro cuiusq; dignitate: interdumq; Cuius optimi appellatione uſus sum eo
pacto, quò uulgò tam equites, quàm cæteros, qui de Rep. optime meriti sunt solems
appellare. Fuit animi mei propositū omnes honore afficere, nemini ius suum detrahe-
re. Neq; quisquam mihi succenseat, quod amicos, ac patrōnos meos pleniore oratione
honestatos uideat: dandum est enim aliquid amicitia. Neque si amicos honestamus,
Academice nostræ studiosissimos, ceteris, quos non nouimus, & qui se nobis notos esse
neglexere, iniuriam facimus. Ad hæc accessere permulta Typographorū errata, & in
Græcis præcipue. Neq; enim ipse ob plurimas, quibus distineor, occupationes, si equè
ipsis adesse potui. Quare expurgauit ipse, quæ nunc dantur: expungite uos cetera pro iu-
dicio, & humanitate uestra, libenter enim ea subijcio uestris obeliscis ut, si rursus excu-
denda sunt, protypa hæc ectypa prodeant.

INDEX EORVM QUI IN HOC OPERE RECENSENTVR

A

A
 CHYLES Bononia
 Alexander Hebraeus
 Alonfus Lupus
 Alphonfus Rota
 Alphonfus Salmero.
 Andreas Mormilius
 Andrea Veffalius
 Angelus Conftantius
 Annibal Balfamus.
 ANNIBAL Capua Neap. Antiftes
 Annibal Caracciolus
 Annibal Pignatellus
 Antoninus Bononia
 ANTONIVS Carafa Cardie.
 Antonius Caracc. Biffus
 D. ANTONIVS Caracc.
 Antonius Bononia
 Antonius Grimaldus
 Antonius Laurentius
 ANTONIVS Caracc. S. S. Praef.
 Antonius Panormita
 Antonius Perfius
 Antonius Quadra
 Antonius Rota
 Alcanius Caracciolus
 Alcanius Pignatellus
 Auguftinus Niphus
 Auguftiniani
 Aurelius Auguftinus.
 D. Bafilius Pignatellus.
 Benedictini
 D. Bernardinus Gardines
 Bernardinus Longus
 Bernardinus Rota
 Bernardinus Siccius
 Bernardinus Thraciens Cardin.
 Caesar Bononia
 Caesar Brancacius
 Caesar Curreius
 Caesar Carlucius
 Caesar dagliardus
 Caesar Pagnius
 Caesar Seanapecus
 Camillus Bernaba
 Camillus Carnenalis
 Camillus Curreius
 Camillus Lanfrancus
 Camillus Porcius
 Camillus Scorciatus
 Carmelitani
 Carolus Bononia
 Carolus Brancacius
 Carolus filimarinus
 Carolus Crimaldus
 Carolus Loffreda
 Carolus Pignatellus
 D. CAROLVS Laini D.
 Ciarlecta Caracciolus
 Cicco L'offreda Treuci D.
 Claudius Albinus

Claudius Cappa sancta.
 Claudius Strambo.
 CORNELIVS Muffus.
 D
 Decius Caracciolus. Afc. F.
 Decius Freccia.
 Diomedes Buccaplan.
 D. Dominicus Myfo.
 Dominicani.
 Domitius bimontius
 Donatus Antonius Altamarus
 E
 Euphebij Patres.
 Fabius Aloe
 Fabius Curreius
 Fabius Iordanus
 Fabius Marchonus Vicecan.
 Fabius Minadois
 Fabius Pifeicellus
 Fabius Ricca.
 Fabius Pulneftinus Epif.
 Fabius Brancacius
 Fabricius Sammarcus
 Fabricius scorciatus
 FABRICIVS Villanus. Praef.
 Farnolius
 Federicus Carafa.
 Federicus Pignatellus
 Ferdinandus Capiccius
 FERDIN. Caracciolus Vici D.
 FERDIN. Carafa fantol. D.
 FERDIN. Carafa Soriani D.
 FERDIN. Confalvus, fucell. D.
 Ferdinandus Dentex.
 FERDIN. Loffreda Treuci D.
 Ferdinandus Regius
 Ferdinandus Strozza
 D. Felix bardius
 Felix barnaba.
 Flaminius Caracciolus
 FRAN. ANT. David Praef.
 Francifcus Albinus
 Francifcus Boniauentura
 Francifcus Bucca planula
 Francifcus Loffreda.
 Francifcus Ant. Viuolus
 Francifcus Pedimontius
 Francifcus Paganus
 Francifcus Panicarola
 Francifchinus vidominus
 Francifcus Storella
 francifciani Patres.
 G
 Gabriel flamma
 Gaspar Toraldus
 GREGORIVS XIII. Pont. Max.
 D. Gregorius barolitanus.

H

Hector Bononia
 Hektor Caracciolus.
 Hadrianus Carafa.
 Hadrianus gulielmus
 HIERONYMVS Aquaviva Atriens. D.
 Hieronymus Capiccius
 Hieronymus Columna
 Hieronymus Quadra
 Hieronymus Coppula
 Hieronymus Murus
 HIERON. Monteneg. Marilian. D.
 D. Hippolytus Caracc.
 Horatius Altamarus
 Horatius Blanch.
 Horatius Brancacius
 Horatius Galeota.
 Hortenfus Pectus .
 I
 Iacobus gallus
 Iacobus Ant. Albinus.
 IOAN. ANDREAS Curtius S. S. Praef.
 IOAN. Andreas Campanilis
 Ioannes Andreas geualdus
 Ioan. Angelus Cumpantilis
 Ioan. Appon. Pectius
 Ioan. Ant. Albinus
 IO. ANTONIVS Bucc. D.
 IOAN. ANTONIVS Pignatellus
 IOAN. Argentarius
 Io. Baptista Arcucius.
 Io. Baptista Arcudaluis.
 Io. Baptista Caracc. Afcan. F.
 Io. Baptista Caracc. Cilentia D.
 Io. Baptista Crifpus
 Io. Baptista Montanus.
 Io. Baptista Tufus
 Io. Baptista Ramundus
 Io. Baptista Portaj
 Ioan. Baptista Rota
 Ioan. Baptista Maurus
 IOANNE S Bononia
 Ioan. Bernardus Lania
 Ioan. Carolus Mercatantius
 Ioan. Carolus Ipenius
 Ioan. francifcus Altamarus
 Ioan. francifcus Caracciolus
 Ioan. francifcus Brancalco.
 IOAN. FRANCISCVS Curtius R. C.
 Ioan. francifcus Pignatellus
 Ioan. Francifcus Surgentius
 IOAN. FELIX Scala leo.
 Ioan. Iacobus Surgentius.
 D. Ioannes Galeota
 D. Ioannes Venetus
 D. Ignatius Pogiolus
 D. Innicus Ienarius
 Ioan. Paulus Vernalco
 Ioan. Thomas Blanch.
 Ioan. Vincentius Cappafanta
 Ioan. Vincentius Porta
 Ioan. Vincentius spanus
 Ioan. Vincentius Carlucius
 Ioan. Vincentius fammarcus
 Ioan. Leonardus battus

Iulius

To. FRANCISCVS Lombardus
 Iulius Caracciolus
 Iulius Franchus
 Ivlivs Ant. Sanctor. Card.
 Fr. Iulius Carafa
 Iulius Cafar Scaliger
 Iulius Cortefius

L

Laelius Caracciolus
 Laelius Carafa
 Laelius Olympius
 Laelius Pignatellus
 Latinus Tancredus
 Leonardus Campanilis
 Luca Lepus.
 Ludouicus quadra
 Lucius Buccaplanula.
 Lucius Ricca.
 Lucretia Capua.

M

Manardus
 D. Marcellus Aquaviva.
 Marcellus Curtius
 D. MARCELLVS Majoranus Epif.
 D. Marcellus Rafus
 Marcus Albinus
 Marcus faracius
 MARINVS Carac. Bucc. D.
 MARINVS Spinellus. Protomed.
 MARIVS Carafa Neap. Antiftis.
 Marius Curtius
 Marius Galeota
 Marius Altamarus
 M. ANT. COLVMA.
 M. antonius Surgentus
 M. Ant. Strozza
 M. Ant. Suardus
 M. Ant. Zimara
 Michael blanch.
 Michael Maffia
 Mucius Capiccius

Mucius Pignatellus.
 N

Neflor Caracciolus
 Nicolaus Anellus Paccus
 Numicius Prifcus
 Oflavius Albinus
 Oflavius Altamarus.
 Oflavius Caracciolus
 Oflavius Enfius
 Oflavius Lanfrancus
 Oflavius Laurentius
 Oflavius fammarcus
 Oflavius fufcus.
 Oflavius pifeicellus
 Oflavianus Curtius. Regius aduoca-
 tus.

P

PAVLVS IIII Pont. Max.
 D. PAVLVS Aretius Cardinalis
 Paulus Capiccius
 Paulus Coppula.
 Paulus Curtius
 Paulus Fufcus Sarne. Epif.
 Paulus Monzeus
 Paulus Suardus
 PAVLVS REGIVS
 Paulus Romanus
 D. Paulus Sinopolis D.
 Pafchalis Caracciolus
 Petrus Lupicus
 PHILIPVS Caracciolus Vici D.
 Philippus Ingartias
 Pompeius Albinus
 Pompeius Caponeus
 Pompeius Filimarinus
 Prosperus Auguftinus
 Prosperus Freccia
 PROSPERVS Vitalianus Bifiniani Epif.
 Prosperus gallucius
 Pyrrhus Anton. Caracciolus
 Pyrrhus Anton. Lepus



Pyrrhus Anton. Lanfrancus
 Pyrrhus Paganus.

SEBASTIANVS Barnaba Potentiz Epif.
 Scipio Caracciolus
 Scipio Freccia
 Scipio Galeota
 Scipio Curtius
 Scipio Bimontius
 scipio Minadous
 scipio Rubens
 scipio suardus.
 sertorius Pepsus
 septimius Prifcus.
 silueftus Caftucci.
 SIMON Porcius.

T

Tarquinius Molinianus
 Tarquinius Pectus
 TARTQVINVS Prifcus cariat. ep.
 Tiberius Brancacius
 Tiberius Olympius
 THOMAS Altamarus
 Thomas Curtius
 THOMAS Minadous. R. Con.
 THOMAS Salernitanus. R. Co.

FINIS

ERRATA SIC CORRIGENDA. IN SECUNDA PARTE.

Prior numerus paginam, posterior lineam indicat.

63. 5. scopulis, los.	201 25 quædam quondam
71 25 Congruent. entri.	201 4 Incedebat. incend.
74 35 utraque. utramque.	Ibidem deripiebat. dirip.
78 6 aurea. aura.	153 19 honestissimos honestiffi.
Ibidem Principium. principum.	à tergo 37 æterna. æternam.
89 21 folia. folia.	155 16 actioum actioinum.
84 36 tadunt. tradunt.	Ibidem oportere. oportere.
85 25 Amicitia. amicitiam.	Ibidem Patriciorum patriciorum
86 36 Suspectio. suspicio.	à tergo 36. Iuuenatii. Potentiæ
87 44 initio. initio.	156 20 nendicat. nendicat.
89 14 dispectui. desp.	158 45 sapientim. tiam.
91 2 9 emorrua. tua.	à tergo. 49 Christo. deest Cum.
& 36 folis. folius.	159 29 infecit. effecit.
92 17 fuerit. sint.	161 11 sacri sacris.
106 3 nullubi. ibi.	163 41 Sacram. sacra.
107 16 ptop. ter. p ropter.	164 14 aliquod aliquot.
108 26 fait. facit.	187 6 Prefellus. ctus.
117 15 interese. interse	& 19 illas. illa.
123 11 ipse. ipso.	168 21 Gregor. XII. XIII.
126 49 nauatam. nauatam.	Ibidem Principes. princeps.
143 15 Theolorum. logorum.	170 37 agrudinib. agritu.
140 13 figuram. ra.	171 36 tantum. tantum.

In tertia parte.

948 9 exhibujt. exhibuit.
110 27 exhibiti. exhibiti.
111 10 nemo. nepinem.

F I N I S.

Imprimatur:

V. Quarrimanus Vic. Gen. Neap.

Io. Franciscus Lombardus Vidit.

Paulus Regius Vidit:

Idem f. 27.

NEA APOD. And Horatium Saluianum. 15 30.